



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnium
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XXXVIII. De Jniuriis & contumeliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

ceptis: 17. solidos componat: si servus fuerit. 125. idem percussus omnibus...

vel reineri non procuraveris, nec indicaveris. ¶ G. Atianus, ¶ Valentinianus & Theodosius, supplicium corporale vel dispendium...

DE INIURIIS ET CONTUMELIIS. LIBER XXXVIII.

Quid Iniuria seu Contumelia, & an sit vindicanda. Cap. 1.

Lib. 4. Instit. tit. 4. Lib. 47. P. tit. 10. Lib. 9. C. tit. 35. Lib. 5. Decret. tit. 36. Lib. 5. Sex. tit. 8.

- 1. Iniuriarum cum furto assensas. Et 19.
2. Iniuria equo animo perferenda.
3. Iniuria quid. Et unde nomen sit contumelia quid.
4. Contumelia, & iniuria differentia.
5. Et ut vindicatur.
6. Iniuriarum servi vel liberi poena extraordinaria.
7. Iniuriarum legis Cornelii Sylla capita.
8. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
9. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
10. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
11. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
12. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
13. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
14. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
15. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
16. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
17. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
18. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
19. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.
20. Poena pecuniaria criminum in corporalem convertitur ob inopiam debitoris.

Et certe prudentes viri norunt, & qui iniurias inferri aliis Christiane agere ferunt, id potius extra patientis causam esse, & veluti vi externa contingere. Quae enim cura aut diligentia, ait Iulianus Jurisconsultus in l. ad eos 19. commo. in P. consequi possumus, ne aliquis nobis damnum iniuria det? ¶ In iuria dicitur generaliter id omne quod sit non iure iniuria sine iure, l. 1. de iniur. §. 1. eod. tit. apud Iustin. Paterque hoc genus latius, quam instituta tractatio, in qua iniuriae species examinanda, nempe contumelia quae iniuria dicitur, dicta ea contumelia ex sententia Vlpiani, a contemnendo, leg. 9. §. contumelia, eod. Seneca. lib. 2. ad Serenum, quo mod. in sapient. non cadit iniuria. cum tractat in virum sapientem non cadere iniuriam, tradit iniuriam hoc habere et propositum, aliquem malo afficere: & omnem iniuriam esse diminutionem eius in quem incurrit. Nemo enim, inquit, iniuriam potest accipere sine aliquo detrimento, vel dignitatis, vel corporis, vel rerum extra nos positarum d. l. 1. §. omnem quidem, de iniur. Hæc certe iniuria insolens & petulans, recte dicitur Græcis esse. Dixere & Græci dicitur contumeliam verborum, & atrocem iniuriam: ut apud Demosthenem, ὁ πρῶτος ἵμαρ ἵσθη χερσὶν ἀδίκων, τὸτο δὲ ἐστὶν ἄδικον, id est, ut nostrum prior alteri manus intulerit, hoc enim est alicuius est erimen atrocis iniuria. Eratque prodita actio τῆς ἀδικίας seu χερσὶν ἀδίκων eius atrocis iniuria.

¶ Ceterum ¶ contumeliam in contemtu solo, & nauseantis solius esse animi putat Seneca in proxime citato lib. & minore iniuriam quamque leges nulla dignam vindicta putant. Cuius affectum moueat humilitas animi contrahentis se, ob factum dictumque in honorificum, ut ille me hodie non admittit, cum alios admitteret. sermo enim meum superbe auerfatus est, aut palam risit, & non in medio loco, sed in imo collocauit, & sic de aliis huiusmodi notæ: in que fere delicati & felices incidunt. Et ut ait Hegio Terentianus in Adelphis, act. 4. Sc. 3.

Omnes quibus res sunt minus secunda, magis sunt nescio quomodo suscepti: ad contumeliam omnia accipiunt magis. Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

¶ Ab initio lege 12. tabu. lex satis indulgens fuit, & mollis in contumeliam inferentes: Si iniuriam, inquit Gellius lib. 20. c. 1. alteri facit, viginti quinque ario poena sentio. Non probatur hæc legem Q. Labeo: sed necetas postea secuta, quando L. Neratius, homo egregie improbus, atque immani recordia, pro delectamento habuit, os hominis liberi manus suæ palma verberare, quem servus sequebatur erumenam assium plenam porritans, cui iubebat statim secundum duodecim tabulas numerare quinque & viginti asses ei, quem de palmarat. Et propterea praetores hæc abolere legem & relinqui censuerunt iniuriarumque æstimandis, se recuperatores daturos edixerunt. ¶ Proinde Hermogenianus, l. fin. 45. de iniur. in P. de iniuria nunc extra ordinem, ex causa & ex persona statui solere tradit, ut servi flagellis casti dominis restituantur: liberi vero humilioris quidem loci, fustibus subiciantur: ceteri autem vel ex filio temporali, vel interdictione, rei coercerantur. Vsu forensi gallico receptum est, & multa duplex honoraria, & numeraria irrogetur iniuriarumque.

¶ Fuit ¶ & auctor legis alicuius iniuriarum Cornelius Sylla, de qua meminit Venuleius, l. hos accusare 12. §. fin. de accusa. P. minor em eam quam servi mereantur. Explicat autem Vlpianus tria capita habuisse. l. lex Cornelia, §. de iniuriis in P. si quis pullatus, si verberatus, si cuius domus vi introita sit. Id ipsum firmat Iustinianus, §. sed & lex Cornelia, eo. tit. ¶ Qui ¶ & Martianus, §. poena, eod. apud Iustinianum, notat ex lege Cornelia actionem iniuriarum civiliter moveri posse, condemnatione æstimatione iudici: faciendæ, scilicet habita ratione temporis, quo facta, non



Dimonet ¶ tractatio absoluta furto, ut subiungamus de iniuriis tractationem: quia & Iacobus Aretinus & Bartolus in l. licitatio. §. quod illicite. nu. 2. per §. illum, de publica. in P. dicunt furtum iniuriam esse. ¶ Panætius ¶ lib. 2. de officiis, quem refert Gellius, lib. 13. c. 26. vitam hanc hominum qui prodesse sibi suisque volunt & vtili esse, expostam iniuris & contumeliis declaravit: verum uti Panætius ad certandum vocati, proiectis alte brachiis consistunt, caputque & os suum manibus oppositis, quasi vallo præmuniunt, membraque omnia priusquam pugna mota est: ita animus atque mens viri prudētis, aduersus vim & petulantiam iniuriarum, omni in loco, atque omni tempore prospiciens, debet esse erecta, ardua, solida, expedita, nunquam conueniens nalsquam aciem suam flectens Dicebat & Græcus quidam lib. collectionum sentent. Græcorum, veterum Comicozum, capit. 4.

ἡδὼν ἄδων ὁδὲ μισοκώτερον, ἔσ' ἢ δὴν ἀδὲ λοιδορούμενον ὀφείν. ὁ λοιδορούμενος ἔδω ὁ λοιδορούμενος μὴ ἀποσπῆται λοιδορεῖται ὁ λοιδορούμενος. Id est: Suavis nihil, nec musis aptius est, quam ferre posse conuulsam. Qui enim conuulsus petit, si petitus. Dis mulauerit, conuulsus patitur conuulsia inferens.

in l. con-
s diu na-
ue lator-
is crim-
in le 3. §.
cliant sci-
C. expri-
non disti-
tum fer-
na digni,
ora. in gl.
dem non
P. Et id-
nt, furi
14. de fur-
ns, fures
ntem, si
ualis. in
tur indi-
ram: po-
d. l. fin. de
l. Clarius,
est supi-
isti illum
f furus
tio: non
7. c. 7. bo-
7. c. 7. bo-
ceet e-
ere, leg. §.
e dubio
quatur,
et ¶ in ce.
namque
edia (eti
depo. P.
n sperans
inis. ho-
propriet
estas ho-
ita quia
ones vel
, qui oc-
soluen-
hender;
amanita-
, ca. qui
§. §. leg.
occul. C.
nino dat
institui.
Et in leg.
eos, qui
giū dant,
& lator-
bus exli-
tratus re-
F. quod dē.
obard de
homosul-
cepit

condemnationis, vt ait Iabolenus. *l. iniuriarum estimatio 2. i. cod. tit.* Quia in contractibus inspicimus tempus quo contrahitur, *l. non omne de reg. iur.* in delictis autem iniuriarum, contrahitur ex maleficio. *l. ex maleficiis de actio. P. S. 1. de obi. que ex del. nasci.* Et de omni iniuria posse ciuiliiter agi hodie Imperatori placuit, ait Vlpianus, *l. preter edixit. 7. §. posse. de iniuriis. §. in summa. eod. apud Instin.* Criminaliter quoq; vt diximus, *l. si. eo. tit. de iniur. P. §. 2. λαδξ πικρον εστιν εχθρουν, ειλας,* inquit, Medea apud Euripidē, act. 3. Non enim tolerabile est, o amici, irrideri ab hostibus. Potissimum, quia iniuriam dans deterior fit, *l. 1. §. fin. de ser. corrup.* ideo vt bonus reddatur, castigari debet, *l. si qua, de pen. P.* ¶ Estimatio iniuriarum autem petitur, & sic, primum ab actore, sed iudex postea taxat iudicio, habita ratione personę iniuriatę, loci vbi illata, & personarum presentium dum fieret, *Ioan. de bello visis, in pract. criminal. iniuriar. dum agit, de taxatione iniuria. ad verba, Et tantum dicitur iniuria num. 1. 2. 3. facit. ca. 1. §. iniuria de pac. reuen. Et iuram. firm. in vrbis seu do. l. penult. de obse. patron. prestan.* Liberum enim iudici minoris quam estimauerit actor condemnare, sicut in iure iurando in litem obseruatur, *l. 2. unct. l. in adionib. §. de in l. iur. an. lib. 12. P. 11. 3.* Et in iniuriis obseruatum apud Gręcos docet Suidas, *in verb. aitia.*

10. ¶ Quod si furens paupertate pecuniaria penam eludit, potest ex Vlpiani sententia iudex coercionem extraordinariam indicare, *Vlpian. l. 1. §. fin. de pen. P.* Solent enim penę pecuniarię, imponendę nob crimina, in corporalem propter inopiam conuerti. *l. fin. de in ius voc. P. l. illicitus, §. si. de offi. pres. in P. l. quicunque §. quod si. de ser. fugit. cum siml.* ¶ Nec t̄ omnino ferendę iniurias sine vindicta aliqua suadet, quod curam habere debeamus de bono nomine, *Eccles. cap. 41.* Hoc enim magis proficit & perseuerat, quam thesauri magni & pretiosi. Et crudelis est, qui suam famam contemnit, *ca. nob. 12. qu. 1. Sicut enim lux oculorum letificat animam: sic inquit Ecclesiasticus, cap. 3. bona fama impinguat ossa, id est, auget virtutes, in quibus tobur consistit hominis interioris, non minus quam tobur exterius in ossibus.*

12. ¶ Dehinc t̄ & nobis proba vita necessaria & sufficiens quidem est: aliis autem & fama nostra necessaria est. *ca. non sunt audiendi, 11. q. 9.* Cauendumq; nō solum ne incidamus in crimen, sed etiam ne in criminis vel notę opprobrii suspitionem, neve simus aliis offendiculo. Sic Plautus in Mollitia.

Ego sum tibi bonam famam seruasse, sat diues ero.
Et Horatius, *lib. 1. Sermo Satyr. 2.* Unde
Fama malum grauius, quam res trahit: an tibi abunde
Personam satis est, non illud quicquid vbi que
Officit evitare, bonam deperdere famam.

Et Demosthenes, *orat. in Leptinem*, *υπ' ει μη χρηματα ε πδιδωθε μιν εν τωτοι ετι εστιν δεδαν γενωθι, πει εις μωλλον ανωδελος η πει εις χρηματων, id est, non solum spectandum est, ne pecuniam perdati, sed etiam an famam & gloriam bonam, cuius magis studiosi estis, quam pecunia. Accedit Illocrates, *orat. de regno, quę 2. omnium. πει εις πλειον τοι δεδαν χαλδην η πλεον μβαν τοις αιωσι χαλαστειν. ε μιν δε ειντες η ει αδυνατοι, η ε δεδαν μιν χρηματα κιντα, δεδαν η χρηματων εκ ειντη. η ε πα υδν η ε τοις χαλδαις εδωκεν ταυ. πλεον η υδν ειντες εδωκεν δεδαν η τοις δεδαν χαλδαις, id est, Plus tibi cura sit, vt honestam famam, quam diuitias ingentes liberis relinquant: nam ha mortales sunt, illa vero immortalis: Et per famam comparari possunt opes, nunquam vero pecunias fama redimuntur. Item diuitie etiam improbis accedunt, at fama gloria non potest nisi solis probis contingere. Athenis graue & periculosum fuisse scribit Plato, *lib. 4. in Merimone, vel de virtute, quemquam iniuria afficere, & hominibus detrahere. Melius est nomen bonum, quam diuitie multę. Froner. 22. & melius nomen bonum, quam vnguentia pretiosa, Eccles. 7. Et Heliodus, in sine 1. lib. oper. Et diaram.***

δινυν η βριτων επαλδω φημυν:
φημυν δε τε χαλι πνεμα κινη μιν αειρας
φοια μωλ, αρραλην η φειεν, χαλεπη δ' ε ποδεδεξ.
φημυν δ' υτις παμπαν αποδωσει, ην πνα ποδωαι
λαοι επιμωσει, δευε δε πσ εδν η αυτη.

Id est:
Grasem vero mortalium enit ato famam:
Fama enim mala est, leuis quidem leuati facillime.
Molestia quidem portatu, difficilisque depositu.
Fama vero nulla prorsus perit, quam quidem
Multi populi diuulgant: quę se Dea quadam est ipsa.

13. ¶ Iniuria t̄ habet obligationem ex delicto, *§. 1. de oblig. que ex del. nascunt. lib. 4. Instin. 1.* obligatio autem non soluitur, nisi

si quis luat penam, quam contraxit delinquendo. Nec sola penitentia sufficit in criminibus, quę consulto contrahuntur, dissoluedis sine satisfatione. *l. qui ea mente, 67. de ser. lib. 47. P. 14 tit. 2. §. Cicero duo iniustitiae esse genera scribit, Cic. 1. Offic. 2. vnum eorum, qui inferunt alterum eorum, qui ab eis quibus inferunt, si possunt, non propulsant iniuriam. Nam qui iniuste imperii in querelam facit, auera, aut aliqua perurbatione incuruato, is quęstionem videtur violenter afferre socio: qui autē nec defendit nec obijstit, si possit iniuria, iam est in vicio, quā si parentes, aut amici, aut patria deserat.*

¶ Iusta t̄ querela vtilis est mulieris, quę importunę quantum iudicem interpellabat, vt eam vindicaret ab aduersario, *Luc. ca. 19.* Illa porro vindicta nihil aliud, quam aduersari & male agentis castigatio, quę a iudicibus debet imponi, ea que de causa gladium portat ad vindictam malefactorum, *ca. nos si incompeter, §. sed notandum, 2. q. 3.* que non animo vindicandi seu viciscendi, sed castigandi infligitur, *ca. 11. circa medium 23. quęst. 5. cum similibus.* Vt non immerito interpretes, remissionem vindictę a satisfatione iniurię separauerint: neque qui remisit iniuriam censetur remississe satisfationem, veluti damna, expensas & similia huiusmodi, vt scribunt Panormitan. *in ca. 1. de maledict. numer. 8. Baldus & Bartolus, in l. si tibi, §. fin. de pact. in P.*

¶ Cogunt t̄ & leges interdum non tantum nostras, sed & mortuorum, quibus succedere quis vult, iniurias & necem vindicare, alioquin adimentes eis illorum bona, in quos fe ita ingratos omnia vindicta demonstrant, *l. 1. C. de iis, quib. vt indign. cum similib. §. Atq; t̄ is dicitur bene facere, qui dimisso odio agit actione iniuriarum, ca. Et qui emendat 4. 5. dist. 6. de occidendi 23. quęst. 5.* tenemur enim odium remittere, sed non iniurię satisfationem, *ca. si quis contristatus, 90. distin.* Nam de odio scriptum est, *Luc. c. 6. c. cum in lege 23. quęst. 4. c. inter verba. 11. quęst. 1. Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui oderunt vos.* Sicut enim nobis petimus dimitti debita & iniurias, quas in Deum committimus, & in proximis, oratione dominica, *Matth. 6. facite, si de pen. distin. 5.* ita & nos dimittere aliis in nos commissa debemus. Vel exemplo illius pessimi ferui, *Matth. ca. 8. quem dominus iussit capi & concludi: quod cum ei omne & magnum debitum dimississet, ille ob modicum debitum conferum suum misere afflixisset. Et in Ecclesiastico, ca. 28. legitur, Qui vindicari vult a domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans: seruabit: relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* Et rursum, *Mibi vindictam, inquit Deus, ad Roma. 12. Ezechiel. 8. & Dent. 32. Ego retribuam.*

¶ Sunt t̄ iis similia, quę odium summouendum suadent, at tamen non dant impunitatem maledico, vel contumelias inferenti, nec prohibent, quin animaduertatur in illos pro modo contumelie: alioquin enim ex licentia impunita, magna audacię daretur, & ad maiora scelera libertas. Cum tamen factę sint leges, vt earum metu humana coereatur audacia, tuta que sit inter improbos, innocentię, & in ipsi improbis, formatio supplicio, refręnetur audacia & nocendi facultas, *ca. fallia sum 4. distin. leg. prima, de iust. §. iure, leg. quinta, 5. de legi. 1. P. In iuriari porro, vt scribit Pleto, lib. 19. in Hippia minore, vel de mendacio, in sine, malefacere est: non iniuriari, bene. Quam obrem, idem, lib. 24. in Gorgia, vel de Rhetorica, qui iniuriari, nullus est, ante alios omnes est miser, miserior autem si iniuriarum parus non luat: minus vero si luat supplicium que iustum dicit hominibus que reponit. Et iterum, idem, lib. 34. dial. 5. de leg. Honorandus certe est, qui nihil iniuriatur, qui vero nec id alios facere patitur, dupliti honore, imo & magis est honorandus, ille enim vni, hic multis hominibus comparatur, cum principibus ceteroq; iniuriam nuntiet. Qui autem vna cum magistratibus iniurias quoad potest vilescit: ut magnus perfectusque vir praconio in ciuitate predicetur: nam virtute cunctis excellit. ¶ Sed t̄ & nemo ambigit fures puniendos esse: at qui iniuriis aliis detrahit, vel bona tibi vstipant iniuria, futurum bonę fame alterius committunt, vel rerū, vel vsus: proinde nec impuniti esse debent. ¶ Suadet t̄ & remittendum odium ex iniuria, id quod moris fuit apud Romanos maiores, conuiuium solemne instituire, quod Charistia dicebatur, cui prater cognatos, affines, nemo interponeretur, vt si qua inter necessarias personas querela esset orta, apud sacra mensę & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordię adhibitis tolleretur, *Val. Max. lib. 2. c. 1. dum agit de sacello Triplacę.* Habemus nos Christiani sacratissimam illam mensam, melioremque, & vitę datricem Eucharistiam, ad quam venire non oportet, antequam reconciliemur proximis, *Matth. 6. 5.**

¶ Ferunt

tur opinionem, & ex dictis & factis in eum, laedatur eius existimatio, quae est, *Callistra l. cognitio, §. de existimatio, de var. & extror. de cognis. lib. 50. P. tit. 13.* dignitatis illata status, legibus ac moribus comprobatus: quae ex delicto tantum nostro, auctoritate legum aut minoritur, aut confumitur. Etenim ea quae facta laedunt pietatem, existimantem, verecundiam nostram, quae uero contra mores sunt, nos facere non posse existimandum est, ut ait Papinianus in *l. filius, qui fuit 15. de condit. institut. lib. 28. P. tit. 8.* Dicuntur facta littera hoc *condit. institut. esse datum, hoc est, offendiculum dare, ex his, quae temere de aliquo proferuntur, vel in aliquem fiunt: obicemque bonae existimati alicuius facere. Scandalum quippe, teste Diuo Hieronymo, in Pelagia lib. 2. & *scandalos*, apud Graecos, ex offensione & ruina nomen accepit. Ab *scandalo* claudico quod obiectum offendiculum dicti vel facti cogat claudicare, hoc est, dubitare de bona existimatione eius, in quem obiciuntur. Ita scandalizantem alium Dominus noster Iesus Christus dignum arbitrat, qui mola asinaria suspensa collo, in mare submergatur, *Matthai 18. Marc. 9. ca. niscum pridem, de renuntiat.* Et iterum, *ua mundo ab scandalis, necesse est enim ut ueniant scandala, sed uia homini illi, per quem scandalum uenit, Matth. 18.* scilicet, qui dat occasionem offendendi alteri, non autem si ex iis quae uere dixit, alter accepit scandalum, qui quidem peccat, sed is qui non dedit, non peccat. Loquimur enim, non de scandalo solum accepto sine facto loquentis, quemadmodum scandalizati sunt Pharisaei ex iis, quae bene dixit dominus, *Matth. 15.* sed de scandalo agimus, quod uocant datum Theologi, quod animaduersione dignum.*

- 4 **¶** Dicuntur facta littera hoc *condit. institut. esse datum, hoc est, offendiculum dare, ex his, quae temere de aliquo proferuntur, vel in aliquem fiunt: obicemque bonae existimati alicuius facere. Scandalum quippe, teste Diuo Hieronymo, in Pelagia lib. 2. & *scandalos*, apud Graecos, ex offensione & ruina nomen accepit. Ab *scandalo* claudico quod obiectum offendiculum dicti vel facti cogat claudicare, hoc est, dubitare de bona existimatione eius, in quem obiciuntur. Ita scandalizantem alium Dominus noster Iesus Christus dignum arbitrat, qui mola asinaria suspensa collo, in mare submergatur, *Matthai 18. Marc. 9. ca. niscum pridem, de renuntiat.* Et iterum, *ua mundo ab scandalis, necesse est enim ut ueniant scandala, sed uia homini illi, per quem scandalum uenit, Matth. 18.* scilicet, qui dat occasionem offendendi alteri, non autem si ex iis quae uere dixit, alter accepit scandalum, qui quidem peccat, sed is qui non dedit, non peccat. Loquimur enim, non de scandalo solum accepto sine facto loquentis, quemadmodum scandalizati sunt Pharisaei ex iis, quae bene dixit dominus, *Matth. 15.* sed de scandalo agimus, quod uocant datum Theologi, quod animaduersione dignum.*
- 5 **¶** Lege Longobardorum *lib. 1. Longob. tit. de scandal. & compositionib.* scandalum commissum in consilio aliquo habet multiplicem regiam 900. solidorum, in ecclesia 40. si in palatio, mors infligitur. Et haec ultra reparationem damni dati vel passii. Ut solum scandalum alioquin forsan innocentem, puniendum esse suadeat, c. *ex literis, ca. 14. de homicid. lib. 5. Decretis. c. iua, de cleric. agrot. ca. cum teneamur, de preb. Et multa debet praetermitti, quae sine scandalo fieri non possent, c. 2. de oper. noui nuntiat. 1. Corinb. 8. c. super eo de preben. c. quon. de iure patro. cum similibus.*
- 6 **¶** Turpia etiam quaedam inferuntur, quae quamuis animo iniuriandi non fiant, tamen quod fiant, culpam poena dignam habent: & poxii ludi in culpa sunt. *l. nam ludus, ad leg. Aquil. in P. Quis enim ludos appellauerit, ex quibus crimina oriuntur, in Proem. P. §. illud uero.*
- 7 **¶** Quare ubi cessat animus iniuriandi, & tamen culpa damnam datum est, subsidium est legis Aquiliae actio, de damno iniuriarum, non autem de iniuria, *l. 1. §. 5. seq. ad leg. Aquil. P. Quod si animal illud dederit, quia in eo nocendi non est animus, non de iniuria, sed actione propria de pauperie datur, l. 1. si quadr. paup. fec. dica. in P. cum qua & noxalis consideratur, ut possit animal pro noxa dari, si inficio domino & sine eius culpa nocuerit, §. 1. §. 2. de noxal. actio. §. c. iot. tit. §. in P. Quae in seruis nocentibus locum habebat, & olim in filiisfamil. quos tamen ab ea noxali alia lex postea exemit, *l. apud antiquos, C. de fur. §. sed & ueteres, de noxal. actio.**

De his quae perpendi debent in iniuriis iudicandis. Cap. 3.

1. Iniuria iudicium considerat res, personas, modum illationis.
2. Iniuria publica & privata.
3. Iniuria agentium, & patientium consideratio.
4. Furiosus non dicitur iniuriam facere, sed pati.
5. Legatos publicos aut eorum comites iniuria asscientis poena.
6. Iniuriarum actio quando detur inter parentes & filios.
7. Maledicta in principem & magistratus puniuntur.
8. Magistratum iniuria resistere licet impune.
9. Executoribus iudiciorum resistens capitaliter punitur.
10. Proposito manum inferens quomodo puniatur.
11. Seruis & liberi altine & passime in iniuriis distinctio in poena.
12. De iniuria, qua in genus transt, agunt proximi etiam inuito iniuriato.
13. Iniuria aut re, aut uerbis fit. Et de uerbarumque poena, 15. 16. 17.
14. Pulsare & uerberare quomodo differant.
15. Vulnerans aliquem, qui deinceps moritur, intra quod tempus tenetur de homicidio. Et 23.
16. Vulneratus lathaliter a pluribus pugnantibus, omnes obligat de homicidio, nisi constet de uulnerante.

20. *Vulnus quod dicatur lethale.*
21. *Capitis vulnera quando sint mortifera.*
22. *Vulnera in quibus locis inflata, & quando dicuntur a medicis lethalia.*
23. *Iniuria realis quae censetur. Et num. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. & 35.*
33. *Iniuria estimatio hodie fit a iudice.*
36. *Pro iniuria affectus pugnae religio.*

Tria consideramus etiam praecipua generaliter in contumelias, primum pro rebus, atrocitatem iniuriarum, iniurias, scilicet ipsas. 2. personas conuicantes, & patientes, & 3. modum quo inferuntur. ¶ In ipsis iniuriis, num publica, num privata sunt animaduertimus: publicas ad statum publicum pertinet, e nemo dubitat, priuatas autem ad priuatum, *leg. 1. §. huius studii, de iust. & iure. §. huius studii. co. a. iud. iustitiam.* Blasphemiae ad publicas referuntur, de quibus diximus, & simul de his, quae fiunt in principem, de maledictis, dum ageremus de criminibus utriusque maiestatis. Sunt & illae eius generis, quae personis publicis inferuntur, ut in personis annotauimus. *Haec in priuata iniuria, inquit Polybius 4. Histori. a multis uicinis d. fert, nisi magnitudine eorum quae contingant.* Et ut ait Demosth. *in priuata iniuria, uelut ciuitatis reus est: si priuatum priuato agente, priuata.*

¶ Atrox & leuis etiam iniuria, ex personis, & loco, & grauitate vulneris, & ex membri patientis dignitate. *l. prator. §. §. l. seq. de iniur. P. §. atrox. eod. tit. apud Iustim.* Sed & arbitrium atrocitate & distinctio facienda, erit adhibendum iudicis, & ex iuris dispositione, c. non asseramus 24. q. 1. ¶ Personae considerantur inferentium, & patientium iniurias: ut in furioso, qui cum iniuriam inferendi non habeat animum, nec eam inferre dicitur, etsi iniuriam dicatur idem pati. *l. 3. §. 1. de iniur. in P. leg. qui iniuria. §. eorum est, de fur. P.* Et quod infamia sit miseratione dignum est, *l. famosi, ad leg. Iul. maiest. P. l. vni si quis Imper. malea. lib. 9. C. tit. 7.* C. ceteri & distinguitur iniuria atrocitate uulneris iniuriatae personae ex loco, in quo fit, si publice. *l. prator edixit, §. §. l. seq. de iniur. P. §. atrox. & §. seq. eod. tit. apud Iustim.* si in ecclesia clericis vel aliis ecclesiasticis pro qua uerba, exilium, capitalis poena §. *si quis cum sacra de sancti off. episc. col. 9.* Ex personarum dignitate, *l. seruo autem manumisso 30. §. fin. & l. seq. de iniur. in P.* uelut si quis magistratum, ut tribunum pleb. iniuria affecisset, uel eius ministros. Ob quam causam Martius Coriol. in exilium perpetuum, ut populus Romanus ire uoluit, iustitiae abiit in Volcos exulatum, ut testantur Dionysius, *Halicar. lib. 7. Linius lib. 2. de cad. 1. & Plinius. de uir. illustr. §. 7. Sec. 1.* & lege de vi publica tenetur, qui iniuriam legatis publicis, & eorum comitibus irrogauerit, *l. lege Iulia. 7. §. fin. ad leg. Iul. de vi publ. P.* uel dedi debet hostibus, si facialis eorum fiat, *l. fin. de leg. lib. 50. P. tit. 8.*

¶ Inter parentes & filios non temere danda actio iniuriarum, nisi atrocitas suaserit dari emancipatio in patrem, uel contra: at in potestate constitutus, nec ob id datur. *l. prator edixit, 7. §. sed & si quis, de iniur. P.* Debetur autem honori hoc parentum a filiis, sicuti & a libertis patronis *l. 2. de obseq. a li. & libe. par. profl. lib. 37. P. tit. 15.* sed alio remedio, quam iniuriarum, filiis in potestate constitutis subuenitur, emancipationis *l. si si a paren. quis fuer. manumiss. P.* Propter ius patriae potestatis quod uita & necis erat, ut docemus late, dum de patria agimus potestate. Neque etiam patri aduersus contumacem filium opus est actione iniuria: um, cum, si in sua potestate est, iure suo possit castigare, *l. 3. de patria pot. lib. 8. C. tit. 47. l. seruis & filii, de fur. P. l. si filius autem, de bon. qua. lib. ut & libertos patronos l. 1. de iure patron. P.* Si patri fiat, iudex leuerius vindicat, & cogit reuerentiam praestare. *l. 4. de par. pot. C.* Sicuti & in emancipato statuitur, quem adhuc magis contumeliosum ex arbitrio patris, mortis sententia tenet, *leg. 3. de par. pot. C. Exod. c. 21.* Et publice quodammodo uidentur iniuriae, quae in parentes a filiis fiunt, & grauioribus, & fere similibus eis: quae in magistratus committuntur quandoquidem parentibus, lex potestatem magistratus uideat in filiis contulisse. ¶ *Naeuius* poeta ob aliam diu maledicentiam & probra in principes ciuitatis more Graecorum dicta, a Triumuiris in vincula ductus & coeetus est auctore Gellio, *lib. 3. ca. 3.* ¶ *Verum* magistratus facta iniuria emittenda atrox est, si tunc cum sit ipsi officio fungantur magistratus: nam alioquin iniuriam committentibus, resisti impune potest. *leg. nam magistratus. de iniur. P.* Sic absoluta Manilia metretrix, *Gellius, libro quarto, capis. 14.* cui diem dixerat ad populum Au-

lam Antus Hostilius Mancinus ædilis, ob iniuriam quia eum vulnerasset ex ambulacro noctu: respondente Manlia, ad eam comellatorem venisse Mancinum ædilem, eum apud se recipere non placuisse, & cum vi irrumperet, lapidibus sane repullum. Huc pertinet quoque iudicium Vespasiani, cognoscens de iurgio quodam senatoris, equitisque Romani: Itaque: *Non oportere quidem maledicti senatoribus, remaledicti, civile fasque esse,* Suet. in Vesp. c. 9. ¶ Carolus 9. huius nominis rex Gallia. edicto cauit, anno 1572. tit. du fait de la justice & des rebelles contre lex executeurs d'icelle, arti. 1. ne magistratibus officio fungentibus vel eorum apparitoribus exsequentibus mandata iuridica, iniuria fieret, sancivitque in audentes mortis pœnam, omni spe gratia seu indulgentia obtinenda ab eo sublata: quæ enim auctoritate publica & iure magistratibus sunt, iniuriam non habent, nec vim, l. iniuriarum. §. 1. & §. que sunt, & l. quod respub. de iur. P. l. quem admodum, §. magistratus, ad leg. Aquil. P. l. 3. §. 1. quod mor. c. in. in P. Paulus, l. iudici, §. 2. de iur. P. infamiam irrogat appellatoribus, qui conuictum iudici dixerint. Vlpianus quoque plecti debere, a Cæsariibus fratribus esse rescriptum testatur, in l. illud, §. de appellatio. P. quia & datur remedium contra iniurias a iudicibus illatas prouocationis, l. si quis prouocatio, 30. eod. C. l. v. eo. P. Neque etiam index contumeliam sibi inferri putet, si ab eo prouocatur. Nec ideo debet conuicti appellanti l. c. in maioribus, 20. eod. C. quia hoc remedium iuris est, & eius beneficium. ¶ Statutum ¶ & vt qui manus intulit præpositio. capite puniatur, l. omne delictum, §. si quis manus, de re iur. in P. c. a. homo Christianus, 40. dist. Tradit & Baldus in c. l. iniuria. de pac. iura. fir. in vlt. Feud. inferentem alapam potest item gerenti in aliquo territorio, capitali iudicio puniri posse. Quod & sequitur Iason in l. i. de pre. 11. Impe. offeren. ¶ Ad ¶ personas quoque pertinet, ingenui & liberi distinctio: contra feruum enim iniuriantem, iniuriantur quidem non agitur, sed grauius animaduertitur, Vlp. l. si quis vnus, 17. §. quædam iniuria, & §. seq. de iur. in P. & l. hoc accusare, §. fin. de accusa. Proferuo tamen ludibrio habito, & pro filio agit iniuriam dominus & pater, si eo animo condemnatur: alioquin enim est actio de seruo corrupto, l. si quis seruum, de iniuriis, l. 1. §. si. & l. dolo verbum, §. si quis dolo, de ser. corrup. P. ipique conueniri possunt, l. 2. de iis qui sunt in vlt. iur. P. §. pen. eod. ap. Iust. l. si in familia, de actio. P. Minor tamen iniuria seruo, quam libero facta habetur, minusque vindicatur. Sic Claudius Augustus legitur puniuit percussorem sui serui, in publico factam a tribuno pleb. Nihil enim aliud statuit, quam quod Tribuno pleb. ministros ablatit, pauloque post restituit. Ad seruum suum alium, qui virum illustrem probro affecisset, in foro trahi atque necari iussit, teste Dione, lib. 60. Apud Athenienses tamen, vt auctor Æschines contra Timarchum, æque de iniuria seruis ac ingenuis fieri prohibita, nominatim continebatur, vt alluefaceret suos ciues legislator lubentius, ab ingenuorum contumelia magno pere continere. ¶ Nam ¶ & domini pati dicuntur iniurias, quæ suis sunt seruis, l. eam qui, 18. vers. 1. de iur. P. l. nem apud Laboneum, 15. §. inter drem. eod. cum non solum quis in sua persona pati possit. sed & etiam ex iniuria facta liberis sua potestati subditis, vxori, nuri & paritur, de iur. ap. Iust. l. 1. §. item autem, & §. §. seq. eo. P. Sicut nec tantum ex sua persona quis iniuriâ irrogare dicitur, vel per semetipsum, sed etiâ per alias personas, proxime est iuris. Et conuicti præsentis, & absentis fieri potest, litem apud Laboneum, 15. §. conuicti autem, in 2. de iur. P. l. si quidem auiam suam, 10. C. eo. tit. si modo intra legitimu tempus reuo. auerit ad animum qui agit, cõputando tempore ex quo scuit, fo. de Bellousis, in pract. vrim iur. ad ver. quas iniurias statim ad animum reuocant. argu. l. 1. qui admitt. ad bon. poss. C. l. 1. §. biduum, de app. P. l. si quis, C. de lib. cau. cum siml. Receptu etiam est, pro iniuria proximo irrogata, si eius ignominia vel nota p̄tineat ad genus, posse proximos, inuito etiâ iniuria affecto, eam per seque iudicio: veluti si quis seruus l. i. ¶ 3. §. eo. tit. leprosus, &c. dicatur. ¶ Porro ¶ modi inferendi iniurias generales duo: quia generaliter iniuria fit, & patitur quæ eandẽ aut re, aut verbis prolati vel scriptis in libello, Vlp. in l. i. de iniur. P. Re. iniuria multis modis inferitur, vel in corpus, vel in res aliquid, quoties manus inferuntur, d. l. 1. §. iniuria, vt si quis pugno pulsatus, fustibus cælus, verberatusve est. l. lex Cornelia, §. de iniur. P. §. iniuria autem, eod. tit. apud Iust. §. sed & lex Cornelia, eod. tit. ¶ Inter ¶ pulsationem & verberationem dicebat hoc interesse Ofsilius, quod pulsare sit sine dolore cedere: verberare, cum dolore d. l. lex Cornelia §. inter pulsationem. Idque mihi placet, quod pulsare hic accipitur pro impulsione, qua quis cõmuniæ causâ

sa impellitur, & veluti sede & loco delicitur: verberare autem sit, percutere instrumento aliquo. Quamuis etiam Lam entium Vallam hoc non probare, lib. 6. elegant. c. 26. qui tamen valde hallucinatur, cum quod de verberatione dictum est ab Ofsilio & Vlpiano in persona hominum qui sentiunt, in explicanda lege Cornelia, ad quam verbi referuntur, conuellerent nititur mordendi studio, ex verberatione tritici quod non sentit. Vt etiam de impulsu campanarum & vehementi impulsione, carachristicos alia mutatur. Accedit Iurifconsultus Iuuenalis, Sat. 3. dũ ait, Misere cognoscito premia rixæ. Rixæ est, ubi in pulsus, ego vaspulo tantum. Vbi inter vapulare, & pulsare differentiam constituit. ¶ Considerandum ¶ itaque quid horum interuenierit, & num adint vulnera, litem apud Laboneum, 15. §. rator ait & l. prator edixit, 7. §. final. & l. vulneris, §. de iniur. in P. §. atrox, & §. seq. eod. tit. apud Iustina. aut verbera. quæ aliena ab ingenuis hominibus, l. consensu 9. de repud. C. §. si quis in sua domo. & §. causas, vt lice. marri & ante, in auth. coll. 8. Nam vt ait Iocrates orat. aduersus Lochum, quæ est 20. Reperietis, inquit, o iudices, legislatores nostros corporum præcipuam habuissent rationem: primum enim de hoc iniuria causis & actiones circa pecunie depositionem instruerunt, vt quem admodum quilibet nostrum posset aut vellet, ita posset iudicio afficere iniuriam referentes. Deinde in aliis delictis, vt si dumtaxat qui damnum accepit, qui de dicit obnoxius est: de iniuria vero seu publico malo, cuiuslibet cuius licet, ubi ad legislatores perlata res fuerit, vestrum ad forum deferre. Adeo autem graue esse putarunt alterum ab altero verberari, vt de accusatione intulerint legem, quæ iubet dicentes qui p̄tiam nefandi quingentas drachmas debere. ¶ In ¶ legibus Langobardorum iniuriarum realium placita hæc. Per barbam, l. b. 1. leg. Langob. tit. de iis qui insidiantur, vel subito surgente rixæ vulnera. l. 4. hominem liberum capiens in rixæ, componat 6. solid. si seruum, vnum. Alia l. 2. eo. tit. Si quis hominem liberum ligauerit sine causa absque iussione regis, duas partes pretii eius, ac si ipsum occidisset, et componat. Pro vno, l. 3. eod. vulnere, compositio solidorum trium, pro duobus sex, pro tribus 12. Alia l. 5. eod. Si quis hominem liberum iniurauerit, vt cadat sine lesione, componat 6. solidos: si non cadat, tres solidos, si leuis, vt supra. Rursum l. 6. eod. Rumpens brachium super cubitum in morioco, componit 20. solid. si subius in tremum, 16. Si coxam supra genu, 20. solid. si in vrbia, 16. Iterum l. 7. eod. Qui pugno percussit, componat 3. solid. si alapa, 6. Et alibi eod. tit. de plagis & compositio. Pro numero plagarum pena imponuntur pecuniarum, & mercedes medicorum ab inferente subueniunt solui. ¶ In ¶ lege Salica, in leg. Salic. tit. de 17. vulnerib. §. 1. 2. 3. & §. seq. Qui volens alterum occidere plagauerit, culpabilis iudicatur 2500. denar. qui faciunt solid 62. & dimid. Et pro modo dictum etiam, & loci consideratione cui infliguntur pena adiecta. Fridericus §. si quis al quem de pace tenend. libro 2. Feudor. tit. 27. aliam tulit legem. Si quis aliquem caderit, & absque sanguinis effusione, fustibus percussit, aut crines eius aut barbam expulauerit, decem libras et, cui in iura lata videtur, per compositionem impendat, & iudex viginti libras impendat. ¶ Transit ¶ interdum hoc crimen iniuriarum ex vulnere in crimen homicidii, si ex vulneribus quis mortuus sit. Nam si vulneratus intra annum moriatur, ex lege Rhotarii Langobardorum regis cenetur ex vulneribus mortuus, in leg. Langobardor. tit. de plagis, l. 8. Scholastes iuris, gloss. in l. vnic. in ver. de puissa, de emendat. seruo. C. exigit triennium, vel quod post triduum surrexerit & super baculum ambulauerit. Vlpianus in l. ait l. 1. x. 21. ad leg. Aquil. P. & Iulianus, l. ita vulneratus 52. §. estimatio, eod. tit. annum tantum exigunt, vt si mortuus intra eum annum fuerit, a quo fuit leuhaliter vulneratus, teneatur de homicidio, non de vulnerato solum. Exigit Gregorius tantum 8. menfes, c. 2. de cler. percussor. b. li. 5. Decret. tit. 25. quia mortis causam dedisse videtur, & occidisse tunc cum vulnerauit: si tamen postea alio casu, vel lethali ab alio inflicto vulnere perierit, qui prius vulnerauerat mortifere liberatur ab occisi actione, l. item Mela, 11. §. sed si seruum, & l. huic scriptura, 25. §. si seruus, ad leg. Aquil. in P. ¶ Quod ¶ si plures pluribus vulneribus aliquem affecerint, nec consistat a quo inflicto vulnus lethale, omnes de occiso tenentur: si constat de vno, ille tantum de occiso, alii de vulnerato. ¶ Vulcanus ¶ autem an lethale seu mortiferum sit, probabitur ex chirurgorum & medicorum sententia, si adhibeantur, l. semel, de remilit. l. 1. 2. C. significasti, in 2. c. lator. c. exhibitæ, de homicidio, si adhiberi autem statim vulnere inflicto expedit in filigenti, vel eius amicus. Nam si tunc referant vulnus nõ esse lethale, si postea perierit, p̄sumitur alia de causa mortuus, vel mala diæta, vel negli

a medicu
8. 29. 30.

n contra
iniuria
& 3. mo
ca, num
cum per
i. §. huius
Blasphe
ul de his
de crimi
persona
enim pri
fferi, nisi
græ p̄tiam
iniuria
primaria
& graui
§. si. & l.
ium in a
iudicis, &
¶ conuicti
¶ conuicti
in infere
in P. leg.
feratione
imper. ma
itate vul
ator edic
Iustim. si
era, & c.
ol. g. Ex
& l. seq.
leb. in di
ortus Co
chit, iul
us, Hal
¶ Sed §
dicit, &
g. l. de
l. fin. de
iuriarum,
contra: at
§. sed &
in a filius,
¶ rati. lib.
¶ potesta
quis fuer.
is erat, vt
iam patri
um, cum,
ia pot. lib.
que lib.
iudex se
ur. pot. C.
ontume
par. pot.
que in
in ma
testare
a ob ali
Græco
auctore
exhibi
magistra
dine po
illa me
popu
um Au.

gentia medi-orum. *fac de Bellousis, in pract. crim. ti. de qu. nu. 130.*
 vel alius modis quibus mortis causa, & per consequens mors il-
 lata di-ctur, *l. qui occidit, §. si. ad leg. Aquil. l. l. l. c. i. §. si quis, de offi.
 praesid.* Et casus ille fortuitus vulneranti non imputabitur, *l. nihil
 interest, ad leg. Iul. de adult. in P. l. 2. de condit. & demon. in P.*

21 ¶ Distinguantur medici mortifera vlcera ex variis locis &
 causis illorum, vt in capitis vlcibus Hippocrates *lib. de vulne-
 rib. capitis*, prognostica morituri dat, quod aegrotis huiusmodi
 hyeme plerumque ante decimum quartum diem: aestate, post se-
 ptimum febris accedit, quae cum luperuenit vulneris colorem
 mutat, saniemque modicam effundit, quodque ex ipso inflam-
 matum est emoritur, glutinosum efficitur, & carnem hinc con-
 ditam repraesentat rufum, subliuidum, corrumptique os incipit,
 nigrum sic leue existens, tandem subpallidum se ostendit vel al-
 bidum. At vbi iam purulentum est, pustulae in lingua nascuntur,
 & laborans mente non constante moritur. Plerisque accidit
 & nervorum distentio, ex aduersa parte capitis, in qua morbus.

22 ¶ Praedicuntur & medici, *idem, lib. 2. de praedict.* modos aliorum
 vlcum, loca, putredines, altitudinesque spectando: si in vulne-
 ribus per februm exordia quis deliret, perituum illum homi-
 nem dicunt, nisi aliqua alia signa, vel corporis virtus resistant.
 Considerant vulnera esse mortifera ceruicis, iuguli, colli, ma-
 gnarum & crassarum venarum, cerebri, iecinoris intestinorum,
 23 vesicae, & id genus. ¶ In lege diuina, *Exod. cap. 21. ea de re sic
 cautum est, Si irixati fuerint viri, & percussit alter proximum su-
 um lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo:
 si surrexerit & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit
 qui percussit: ita tamen ut operas & impensas in medicos restituat.*

24 ¶ Iniuria realis dicitur etiam, si alicui transeunti per plateam
 vel viam, artifices, qui solent transeuntes deridere, percutiant
 sedilia vel alferes, vel alio modo sonitu moueant strepitum, *Luc.
 de Pen. in Lerrat, vers. sexto queritur, de cast. pecu. li. 2. C. Boer. conf.
 4. quia hoc proprie conuiuium est, voces concitare. l. item apud
 Labonem, §. conuiuium autem dicitur, de iniur. P. Hae iniuria fre-*

25 quens est in via cutelliariorum Tholofae. ¶ Pertinet & ad rea-
 les iniurias, si aduersus aliquem manus saepe leuatae sunt, & saepe
 quis aliquem terreat quali vapulaturum, & si non percussit, *d.
 luem apud §. 1.*

26 ¶ Inter reales iniurias ponemus domum inuito domino in-
 gredi: ex lege enim Cornelia iniuriarum nomine, eo nomine agi
 potest, *l. lex Cornelia, §. eod. §. sed & lex, eod. ap. Iust.* Et si eum in
 ius vocaret, *Paul. l. is qui domum, 23. de iniur. P. l. vulgaris, 21. §. qui
 furis, de fur. in P.* Et Causi notauit nullum de domo sua in ius vo-
 cari licere, quia domus tutissimum cuique refugium, atque re-
 ceptaculum sit: eumque, qui in ius vocaret, vim inferre videri, *l.
 plerique, 18. de ius voc. li. 2. P. tit. 4. facit l. nemo de re iudic. l. si eum,
 in fine, de iudic. com. lib. P. l. nemo, de reg. iur. P.* Et proinde non erit
 puniendus, qui ingressum prohiberit vim vi repellendo, cum
 moderamine inculpatae tutelae, *l. 1. C. unde vi Hacque de re extat
 haec l. x Salica in l. Sal. ti. 27. de diuersis furtis §. 31. Si quis per casam
 aliena sine permisso domini iraxerit, malberg ala obsecido, 1200. den.
 qui fuerunt solidi. 30. Iniuria rati sunt etiam antiqui, magistratui via
 non decedere, & eam ob rem Caium Veturium a Romanis pri-
 scis fuisse condemnatum legimus, quod tribuno pleb. via decede-
 dere contumaciter recusasset, neque lictori submoventi ob-
 temperasset, quasi ipsi vniuerso que populo illata iniuria, vt au-
 27 tor Plutarchus in Graccho. ¶ Lege Langobardorum iniuria
 quoque, via mulieri non decedere: sic enim in ea cautum est, *l. 1.
 in de iniur. mulier lib. 1. leg. Langob. Si quis mulieri liberae aut puella,
 in via se ante posuerit, aut aliquam iniuriam intulerit, olingentos so-
 lidos componat. & med. um regi. & med. um ei, cui ipsa iniuria illata**

28 est, aut ad quem mundum de eare pertinuerit. ¶ Legibus quo-
 que Lotharii, *lib. 1. leg. Langob. titu. de eo qui in via ante steterit,* reg-
 is iniuria censetur, in via homini libero ante stare: verum com-
 positio tantum ibi est 20. solidorum. ¶ Pro iniuria quoque habi-
 tum est, quod P. Decius praetor sedens pro tribunali, transeun-
 te M. Emilio Scaro consule non adfuerit: proinde iussit
 eum consul asurgere, eique vestem scidit, sellamque confecit,
 neve quis ad eum in ius iret edixit. *Plin. lib. de vir. illust.*

30 ¶ Realis item ea iniuria, prohibere aliquem sua re libere, vel
 iure suo vti, *l. sane si, 1. 4. l. si quis proprium, 2. 4. de iniur. P. vel agere
 in publico loco, mari, litore, itinere, theatro, & similibus, quae
 vnicuique permittuntur, si ibi piscari, venari, vehiculum ducere,
 in cauea publica conuersari, sedere prohibeatur, l. iniuriarum,
 13. §. pen. & fin. de iniur. P. l. 2. §. si quis in mari, ne quid in lo. §. ubi lib.*

43. P. tit. 8. Si mentem quis aliquo medicamento, vel alio mo-
 do alicuius alienauerit, *l. item apud Labonem, 15. in prin. de iniur.*
 P. & si is aliquando alia poena criminis alterius puniatur, *l. multi,
 de mathemat. C. l. si si quis alicuius testis. Probi.* Si quis me vexandi cau-
 sa in ius vo-auerit, *l. iniuriarum actio, 13. §. si quis per iniuriam, de
 iniur.* Si fimo corrupto alicquem perfuderit, caeno lutove spur-
 cauerit, fistulas, lacus, quidve aliud ad iniuriam publicam conta-
 minauerit: in quos & grauius animaduerti solet, *l. 1. §. sit iniuria,
 de extraor. crimin. lib. 47. P. tit. 11.* Damnum quoque refarcien-
 dum, *l. de iis qui deiecit, vel effuderit, 9. P. tit. 3.* Item si inferior vi-
 nus, superioris fumigandi causa fumum fecerit: vel si superior
 in inferiores aedes proiecerit, aut infuderit iniuriam faciente
 causa, *l. abol. l. pen. de iniur. P. l. sciant, §. Aristo si seruum, v. m. d. in P.* Si
 creditor domum absentis debitoris propria auctoritate signa-
 uerit, iniuria faciente causa, *l. si iniuria, 20. de ienu. P. vel cum pa-
 ratus esset ei soluere, fideiussores eius interpellauerit, in iniuriam
 debitoris Caius l. si creditor meus, 19. eod.* Rem alienam iniuria
 occupans vel vt debitoris, cum non esset, iniuriarum tenetur, *l.
 item apud, 15. §. si quis bona, cum §. §. segg. eod.* Qui virgines appella-
 uerit, affectatus fuerit, attentauerit, comitenve abduxerit, cor-
 ruperit, *d. l. 15. §. si quis virgines, cum §. §. segg. & l. 1. §. conuen. eod.*
 et si feuerit criminalis accusatio in huiusmodi crimine locum
 habeat, vt deocimus in adulterio, dum de lenocinio & stupro a-
 gimus. Reus quoque iniuriarum, qui ad iniudiam alicuius veste
 vitur lugubri, vel icalida, vel capillum demittit, *d. l. item apud,
 15. §. haec autem, & l. vestem sordidam, 39. eod.* vel imaginem prin-
 cipis ad alicuius iniudiam portat, cui & vincula publica iniuden-
 da sunt, *l. senatus consulto, 38. eo. l. capitalium, 28. §. ad si auias, de iur.
 P.* Si infamandi alicuius causa, quaedam in monumenta publica
 ponantur, *l. constitutionibus, 37. de iniur. P.* vel si quis statum in
 monumento positam faxis iniuriam causa cedat, *l. si statua, 27. eod.*
 Si quis filium vel seruum alterius ludibrio habeat, veluti si du-
 xerit in popinam vel alea luserit, & si volentem patri nihilomi-
 nus actio iniuriarum & domino competat, *l. si quis seruum meum,
 26. eo.* quod singulare est: Item si quis peruerserit seruum ad infa-
 mandum dominum, ad statum confugerit: in eum enim & ser-
 uo corrupti nomine feuerit animaduertitur extra ordinem, *l. in
 eum, 5. de extraor. crimin. lib. 47. P. tit. 11.* ¶ Qui percutserit pa-
 trem suum aut matrem morte moriatur, *Exod. 21. §. Si quis pater-
 rini, Deuter. 21. inter se iurgium viri duo, & unus contra alterum
 rixari coeperit, volensque vxor alterius erueri virum suum de manu
 fortioris, miserit manum & apprehenderit verenda eius, aliquid
 manum illius inquit Dominus, nec steteris vlla misericordia.* ¶ An-
 tiquitus & ex lege 12. tabul. iniuria poena, propter membrum
 ruptum, talio erat, *Gell. lib. 20. c. 1.* propter os fractum, poena na-
 macia: quae tamen penae in defectu duntaxat abierunt, *§. poena au-
 tem, de iniur. ap. Iust.* Hodie autem, vt paulo ante monuimus, ex
 causa & persona, extra ordinem statui solet, quanti eam qui pas-
 sus est estimauerit, & iudex arbitratus fuerit, *d. §. poena, §. sed & lex,
 §. §. in summa, eo. 11. l. sed si vnus, 17. §. seruis, eo. P.* & criminali iudi-
 cio, *l. si quis iniuriam, 35. & l. si eo. tit. P.* ¶ In lege diuina *Exod. 21. 34
 Deut. 19. Si irixati fuerint viri, & percussit quis mulierem pregnan-
 tem, & ea abortum quidem fecerit, sed si sa vixerit, subiacetis damno
 quantum maritus eius expetierit, & arbitri iudicauerint: sin autem
 mors eius subsequuta, reddet animam pro anima, dentem pro dente, o-
 culum pro oculo. Si quis, Exo. d. c. 21. excussit dentem ancilla vel ser-
 uo suo, amittet eos liberos. Rursum *Leuit. 24. Qui irrogauerit ma-
 culam cuiuslibet cinium, sicut fecit, sic fiet ei, fratrum suam pro fratre
 oculum pro oculo, dentem pro dente restituet, &c.* In quibus poena ti-
 lionis seruatur, de qua & postea in iure pontificio scriptum est,
 c. quod debetur, 1. 4. g. 1. c. sex differentia, 23. g. 3. Hanc tamen tem-
 perauit deinceps sua benignitate dominus noster Iesus Chri-
 stus, *Matth. 5.* ¶ Apud Scythas teste Luciano, *lib. de gymnasiis,* si
 si quis vel vnum ex ciuibus pulsauerit, aut obuiam factus a via
 detruserit, aut vestem disciderit, graui multa in eum animadu-
 terunt senes, tamen si hoc ipsum vel paucis praesentibus arbitris
 passus fuerit. ¶ Religio quoque apud Indos, auctore Suidam, *34
 verbo Indi,* pugnare pro iis quibus iniuria fit.*

De Caruatio. Cap. 4.

- 1 Carinari quid, & de Corybantum saltatione. Et 2.
- 3 Ludus caruarius, & puerorum.
- 4 Sponsa ne iniuriose aspergatur lege Langobardorum caruarius.
- 5 Caruarius faciens iniuriam actione tenetur.
- 6 Nuptias primas aut secundas damnasse hereticum.

Dum videtur aut videtur repetunt coniugium. in aliquibus ciuitatibus, sicut quidam ex plebe cum tympanis & are resonant illos infestare, iudentes potius quam illudentes: ac coniuges sapies sibi contumeliam fieri vultus, quam lutum arbitrantur, vt aliquando inde maxima sint concitatae tragediae. Vocant hunc lutum & iniuriam, *carumari*, forsitan a Graeco verbo tracta appellatione *καρυμάρη*: nam *καρυμάρη* Dorice, & Attice *καρυμάρη* molestiam, quia oratorum ille tinnitus & agitato sit grauis & molesta capiti. Pollinus tamen huc adferre Corybantum saltationem armatam, in insaniam, vt *καρυμάρη* sit more Corybantum insanio. Nam Corybantes, sacro vt eede debatur furore correpti, capita saltando iactabant, & Cymbala pulsabant, aliosque in similem rabiem agebant: vnde qui capita iactant & tumultuantur, Corybantes dici testatur Strabo in 10. fingitque eos in monte Ida concessisse, vbi Iouem nutriebant perpetuo tympana pulsantes, ne vagitus eius Saturno detegeretur, neve ab eo deuoraretur. Sicque meminit Ouidius 4. *Fusto.*

Ardua iam dudum resonat tinnitibus Ida.
Tutus ut infanti vagiat ore puer.
Pars manibus clypeos galeas pars tundit inanes:
Hoc Cur et os habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit patrem, trisq; iugis, imitantia sacris
Era dea comitis raucaq; terga mouent.
Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant.
Tibia dat Phrygiis vt dedit ante modos.

Hic tamen ludus citharicos videtur similis ei, qui dicitur apud Iulium Pollucem l. 8. *Onomasti. de iudis Symptiacis*, quo pueri testulas contritas, sinistræ manus digitis percutientes, fecundum numerum feriebant. Accedunt his tinnitibus interdum rerum turpium & foedarum suffumigationes, & aspersiones sponfarum. Quare in legibus Langobardorum, l. 1. de iniuriis mulier. l. 1. leg. Langobard. & de hac iniuria hæc lex regis Atulphi. *Peruenit ad nos, quod dnm quidam ad suscipiendam sponfam cuiusdam sponsi cum parantymphis, aut trottincis ambulauerit, peruersos homines aquam forsidam, & stercoera super ipsam iactasse. Sed quia cognouimus, malum hoc per singula loca fieri, promouimus ne pro hac causa, scandala & homicidia surgant, si quicunque libera muliere talem rem facere iudicauerit, componat solidos nongentos, medius regi & medius mundualdo. Nam si homines seruis seu pertinentes sine voluntate domini sui hoc fecerint, & dominus per sacramentum se purificauerit, quod per eius consilium non fuisse factum, serui ipsi tradantur in manus de mundualdo eius, & ipse faciat de eis, quod ei placuerit, & amplius patronus non calumniatur. Quod si iurare non poterit, componat vt dictum est solidos nongentos.* Interpretes tamen concludunt, eos qui huiusmodi caruationem faciunt, iniuriarum actione teneri, etiam moris sit illud fieri, *Aufser. in decis. Tho. 1. 40. Nicol. Boer. conf. 4. n. 13. Io. Faber in §. in iudicia, de iniur. Chassan. adrb. dos enfans de plusieurs lictz, in consuet. Burg. quia improbi mores non excusant ab iniuria, arg. auth. habita, §. pen. ne fil. pro par. C. Videtur tamen in contemptum sacramenti hæc licentia transiisse, & hæresin sapere, quæ nuptias vt improbas & veritas reiciebat, vt auctor Philastrius Brixie. episc. l. de hæresib. ca. de nuptiarum legitimarum contemptoribus. Ex quorum numero fuit Tacianus, qui negabat a Deo probari. eod. lib. Philastrius, in hæresib. que a tempore Apostolorum fuerunt. Fuerunt & plures, qui ex professo nuptias secundas damnarunt, vt adulteria & incontinentie argumenta: & ideo recte se facturos putarunt, si ab his vel serio vel ludicris iniuriis homines deterrerent. Et eam puto fuisse irrisionis huius originem, contra tamen præceptum D. Pauli, qui secundas permittit in domino nuptias mulieris, vt soluta a lege primi viri post mortem eius, cap. penultim. & final. de secund. nupt. & nos late suo loco in secundis nuptiis copiose docuimus. Ad Roman. cap. 7. Et melius visum est nubere quam viri, vel scortari illegitimo & vago concubitu.*

De Verbis illata iniuria, seu de contumelia. Cap. 5.

- 1 *Pæne exacerbanda vbi frequentius est crimen.*
- 2 *Lingua bona & mala quam plurima.*
- 3 *Detractio vitanda.*
- 4 *Coniutium quid, & a maledicto quid differat.*
- 5 *Protestatio quando iniuriam minuit. Et 6. & mentiris, verbum, quando iniuriam irroget.*
- 7 *Iniuria verbalis expressa & tacita qua. Et num. 10.*
- 8 *Iniuria tacite verbis quando fieri dicitur.*

- 9 *Maledictio Dei patris, aut matris quemodo puniatur.*
- 10 *Iniuria in magistratus lex Theoderici.*
- 11 *Iniuriarum penendarum pro locutione lex.*
- 12 *Mis num licet in scens iniuriis priuatis afficere, & biffionum lingua proccitatis punia. 14. & 15.*

Claudius tamen iurisc. maleficiorum supplicia exacerbanda dixit. *Lani facta, id. §. fi. de pro. P. quoties nimium multis personis grassantibus, exemplo opus sit.* Quod & aliis nominibus probatum est, *l. capitalium, §. solent, & Syrraffatores, eo. tit. l. i. ad leg. l. i. reper. C. l. quicumque, §. quod si fecerint, de hæresib. l. i. bou. l. i.*

Quia tamen pena ad emendationem potissimum constituta est hominum. *Paul. l. si pena, 20. de po. in P.* Porro nullum frequentius crimen est, nec nocentius detractioe & conuicio: idcirco grauius plecti debet. *Linguam*, inquit D. Iacobus e. 1. 3. *nullus unquam hominum domare potuit, hæc a lum in quietum plena hæc veneno mortifero: nisi stænum vt equis, vt guber maculum nauis, ad eam compescendam & circumducendam imponamus.* Homines per ipsam interficiuntur, blasphemias, periuria perficiuntur, nuptias, principatus, regna per ipsam subuertuntur: & in summa, vita omnis infinitorum errorum referta est. Quemadmodum, si ea bene quis vtatur & sobrie, ingentia bona perueniunt ad homines, & ea vita nostra consistit, vt ex responso *Æsopi* notat Maximus Planudes, in eius vita Græce scripta. Et Euripides in *Oreste*, in princ. vers. 10.

ἀνάσσει γένει γλώσσει, ἀγίστην ὕβριν, dixit. id est:
Incontinentem linguam habere, morbum esse longe deterrimum.
 Et rursum apud illum Chorus, in *Andromache*, act. 3. vers. 96.
κικέει ἀπὸ ἀρτίων ἄνδρῶν τοῖς μέγα γλῶσσαι ἐκποκείει, τὸ δὲ οἱ σὸφοὶ βέλων ἐξουλαβόνται, μὴ φίλοις τείχων ἔειν.

Id est:
Paruo ex initio hominibus non parua iniuria
Lingua comparat, unde id cauent sapientes
Mortales, ne quid litis amicis conficiant.

Idcirco *Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.* *Proverb. 19.*
Nescit vox missa reueriri, inquit Horatius, in arte poet.

Custodite, tamen ait Sapiens, *Sapient. 1. vos a murmuratione, qua nihil* 3
17. 9. l. 1. & a detractioe: arcite lingua. Monet D. Iacobus c. 4. ne detrahamus alterutrum: qui enim detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed index. Summaque iniquitas dicitur detractio, *c. summa iniquitas, 6. q. 1.* Detractoresque, vt homicida, & eadem digni putantur pena, *c. homicidiorum, in 1. de po. dist. 1. & peiores iis, qui prædialia bonaque aliorum diripiunt, c. deterior, 6. q. 1.* Regius Propheta ideo dicebat, se odio habere & persequi detrahentem se. reto proximo suo, *Psal. 100. c. nimium, 23. q. 4.* Salomon abominationem hominum, detractorem dixit, *Proverb. 14.* Sulfurones & detractores D. Paulus 2. *Corinth. cap. 12.* dicit Deo odibiles. Igitur moderanda fuit lingua verborum prudentium, nempe legum vi.

γλῶσσοι δὲ ἐστὶν πικρὸν ἢ θυράκια τῆ, Euripid. in Hippoly. act. 2. vers. 127.
φρεσὶ ματ' ἐνδρῶν ποδὲσιν ὀπίσθεσσι,
αὐτῶν δὲ ἴσ' αὐτῶν πλείστα λέγουσσι.

Id est:
Nulla fides lingue, que aliorum quidem
Sensus nouit pulcre dirigere:
Ipsa autem a se ipsa plurima habet mala.

Verbis tamen iniuria facta, Coniutium dicitur ab *Vlpiano. l. 1. §. iniuriam autem, de iniur. in P.* male dictumve, quod differt a conuicio: conuicium. *Festus Pompeius* dixit, quasi conuotium, vbi a vicis in quibus prius habitatum est, vel vt ait *Aldus Manutius* de orthographia fortasse ab vtroque: id est, a confusis vocibus in vicis, quia conuicium, non nisi concitatione & conuentu quo concurrant plurius voces, dicitur: & maledictum sine his fit, *litem* apud *Labeonem, 15.* Sicut prator, *cum §. §. q. eo. §. iniuria autem, eo. a. ad Instima.* Vt si quis obicitur contendendo homicidium, dicitur scilicet homicidam, *l. si non conuicium, §. C. eo. si delatorem, l. 3. C. eod. si debitorem nõ debitorem appellauerit, d. litem apud Labeonem §. si quis non debitorem: si liberum liberamve, seruum ancillamve iniurie causa vocauerit, *l. qui liberus, 9. & l. si quidem, 10. C. eod.* Qui turpibus quoque verbis vitur, non tentat pudicitiam quidem, sed iniuriatū tenetur, *d. litem apud Labeonem, §. qui turpis, eod. P.* §. Si quis dicat alicui, tu mentiris: quamuis pudorem suū purgâdo id dicens vtcauq; ferendus sit, *l. que omnia, 25. §. 1. de pro-**



curat in P. l. qui quis, §. C. de postu. an. in illis verb. ultra quam licitum possit vitulari. Et Perla existimant turpissimum mentiri, & etri alieno subici, vt ait Herodotus in 1. §. Si tamen quis adiecerit falao honore, vt bona venia tu mentiris, existimant verba iniuriam non habere: contrarium autem, si sequantur verba tu mentiris, saluo tuo honore, fac. de Bellou. in praxi crimi. rubr. de iniur. nu. 14. Dynu. an l. si quis extraneus, per illam l. Et ibi Bart. nu. 27. de acq. here. Bart. in d. l. que omnia, §. 1. de procur. P. Quia protestatio non valet contraria actui cui adicitur. Notatu dignum autem est, quod si quis obiciat crimina vel iniurias habentia, cum protestatione quod non animo iniuriandi, sed tuendi ius suum, iniuriam agi non posse, vt notat Speculator, in tit. de aduocato, §. 3. Proinde nec verba iniuriosa a iudice prolata sine causis cognitione, habent iniuriam, nec infamant, l. verbum, 17. ex quib. cas. infra, §. C. lib. 2. tit. 12. Neque cum quis excipit contra testes, obiciendo crimina, cum protestatione non se animo iniuriandi exceptiones proponere, vt notant Bald. Paul. Castrenf. Guillel. de Cune. Angelus, Salyc. in omnes in l. fin. quod quis iur. P. Et rursum Paul. Cast. l. 3. de lib. Et posth. P. Quamuis Alexander, Iafon, & Panormit. Alex. & Iafon in d. l. fin. quod quis iur. Pano. in c. cum tu, de sentent. Et re iudic. dicant non posse inde excusari iniurias, si falso proponantur, nec probentur: quia protestatio actui contraria, cui adicitur, non prodest, c. cum Martinus, de constitutio. Et ibi Felin. Bart. Et alii in l. non solum, §. morte, de oper. no. num. 2. Egoque probare hanc sententiam, ne calumniandi detur occasio, arg. l. conuenire, de pati. Neque enim id defendi potest ex illa regula, quod iuris executio non habet iniuriam, l. iniuriam §. 1. de iniur. l. nullus, de reg. iur. aut quod in suo liceat edificare vel agere, cum damno alterius, l. Proculus, de dam. inf. P. Nam hic iuris non est executio, sed peruersio, quod calumnias inhi- bet: nec in suo quis facit, cum alienam inficit famam. Proinde si iudicarem, monerem patronos & litigantes, ne que probare non possent, obicerent: alioquin si infamia crimina temere proponerentur, nec probarentur, impunita non reliquerem, vel saltem eradi exactis in iudicio factis, vel libellis propositis, incidi vel cancellari dicta scriptaque publice iuberem. Verum hęc questio longiorem cum habeat tractationem, videbis eam aliter distinctam latius a Nicolao Boerio, consi. 4. num. 23. 34. 35. 37. Progre dior, ¶ inter iniurias verbales expressa alia, alia tacita: expressa, vt si quis latronem dicat, homicidam, &c. quando- cunque de aliquo, vel in aliquem iniuriandi animo dicitur, quod boni mores improbant, quod bonam famam minuere potest: vt verum sit etiam iniuriam fieri, si cui obiciatur extra iudicium crimen quod vere commiserit, Luc. de Pen. in l. errat, de cast. pecul. lib. 12. C. vers. nono queritur, & versio. decimo queritur, text. in l. 1. de famo. libell. C. Nam inspicitur animus, qui diffamandi est proximus, non autem habet reipublic. vtilitatis scopum, vt puniatur: qua ratione licet tantum nocentes infamare, Leum qui nocentem, de iniur. P. l. sta. vni. neratus ad l. Aquil. Alioquin iubet Salomon Prover. c. 25. Quae viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum de honestate ueris amicum tuum. Neque peccata proximi sunt propalandate mere publice, c. si peccaueris, 2. q. 1. Matthei, c. 18. Quin nec obici sine iniuria potest ei quae caste viuus, & nupta nunc, quod sit meretrix: etsi alias talis fuerit cum eo. qu. m. duxit. Matrimonium enim abolet talem turpitudine, ea tanta qui filii sint legi. Imperialis, de nupt. C. l. si uxor, §. plare, §. §. de adul. P. Contra tamen, immunitus est, si cum eo non nupiat, qui meretricem vocat: quia non aboletur vilitas, sed suspenditur, l. palam, §. 1. de rit. nupt. Et ita tenet ex lege Langobarda Lucas de Penna in d. l. errat, versio. septimo queritur. Putarem ego tamen, in nupta nunc & casta, obiectum crimen simpli- citer meretricis, turbare matrimonium: & ideo iniuriam puni- endam, l. fin. de furt. C. Tacite ¶ iniuria fieri dicitur, veluti si quis dicat, ego ille non sum qui furtum feci, idem de Penna in d. l. errat, versio. postquam autem, & in summa de dolo. Si per ironiam quis deformem pulcrum dixit, vel timidum Achill. m. Maledi- ctiones granes etiam censentur iniuriae, & maledi. i. regnum Dei non possidebunt, 1. ad Corin. 6. ¶ Sed ¶ eo grauior iniuria, quo is qui maledicitur maior est: & seuerior ideo pena Et maledicens nomini Domini, lapidabatur ex precepto Dei, Lem. 24. ¶ Et ¶ qui maledixerit, Exo. 21. c. ceterum, 86. dist. patri vel matri, morte moriatur. In legibus Langobardorum in lib. 1. leg. Langobar. tit. de conuictis, rex Rhotariarius statuit, Si quis alium argam, id est, cucur- bitam seu cuculum, per furorē clamauerit, & negare non potuerit, & dixerit quod per furorē dixisset, tunc iuratus uicat, quod eum

argam non cognouisset, & postea componat pro ipso iniurioso verbo se- lidos 12. Et si perfererit & dixerit se posse probare, per iugnam eum conuincat, si potuerit: aut componat vt supra. In lege Salica in l. Sal. tit. 33. de conuictis, §. 2. Qui alium fa. larore, vel muliere meretricem appellauerit, 600. denarius, qui faciunt 15. solidi culpabilis est. Et qui conuincatur vel vulpeculam conclamauerit, 120. den. qui faciunt solid. 3. si leporem, §. 4. eod. 240. denar. qui faciunt solid. 6. Si delatorem, §. 6. eod. 600. denar. id est, 15. solidi. Si quis autem, §. 5. eod. exprobrauerit, quod scitum iactasset, & fuga lapsus esset, nec probaret, 600. denar. qui faciunt sol. 15. ¶ De ¶ iniuriis in magistratum dictis, sic statuit Theodericus rex Gotthorum, Cassiod. l. 1. uaria. e. p. 127. a Theoder. Specioso scripta. Sed ne forsitan magnificos viros loquacitas popularis offendas, presumptionis huius habenda discretio est. Teneatur ad cul- pam quisquis transenti reuerend. sismo senatori iniuriam si fuerit, si male optauit, cum bene loqui debuit. Et rursum idem d. lib. 1. 4. §. 31. Edictali programmate desinimus, vt si atroces iniuriae in quem- pi. am senatorum vox iniuriosa praesumserit, non uersi se a patore vbi au- diendum, vt pro qualitate facti descripta recipiat, promulgatum sine sententiam. ¶ Solon ¶ prohibuit etiam, Plut. in vit. Solon. in de- functos conuicia conici: nam & plum est, sacros ducere qui e- vita decesserunt, & iustum iis qui esse defuerunt abstinere, & ci- uile iniuriarum aliquando modum disternerent, nec in infinitum progredi sinere. In viuum autem, si quis sacris in locis, vel in iudicio, vel apud magistratus, aut cum spectaculo certaminum vi- feret, maledictis esse inuocatus, is priuatum tres drachmas, & ar- rio alias duas soluere iussit. ¶ Publius ¶ Mutius, auctore Cicero, ¶ ne, 2. ad Herennium, mimum, qui Lucium Accium poetam in scena nominauerat, cum nihil aliud defenderet, quam licere eum nominare, cuius nomine scripta dentur in vulgus, hoc ipso condemnauit, habita ratione videlicet personae, temporis, ac lo- ci conditione: quae a mimo, & de scena, & in conspectu populi Romani totius dum res non seria, sed ludicra agitur, quenquam exiguum virum nomine compellere non parituntur. Nam et si plures in instrumentis legi (sua nomina moleste ferunt, quanto magis a mimo pronuntia? ¶ Quamquam ¶ Theodericus Got- thorum rex, Specioso scribens apud Cassiodoram. Mox gra- ues in spectaculis, inquit, quis requirat. Ad circum ne sciunt commu- re Catones. Quicquid ubi gaudenti populo dicitur, iniuria non puta- tur, locus est qui defendi: excessum Cassio. lib. 1. e. §. sol. uaria. 1. §. 27. Theode. Specioso. Ego tamen multum exprestum iniuriae causa, vel quod ad iniuriam contorqueri possit, abire non sinerem. Si enim priuatum maledicere, vt irridere quemquam non licet, multo magis nec publice: vix enim de aliquo semel concepta o- pinio, a vulgo deponitur, & in fabulam alioquin bonus facile transiit. Eupolis poeta merito putatur in mari submersus ab iis, contra quos fabulam Baptas scriperat & exercuerat, vt scribit Platonius in fragmentis de differentiis Comædiarum, quae ex- stant inter veterum comicorum sententias. Supra etatem Amilii Probi & antiquitus, apud Spartanos non licebat aut comæ- dias aut tragædias audire vel serio, vel ioco, quae contraria legi- bus loquerentur, vt auctor Plutarchus in apo. lib. 7. ¶ Augustus Caesar, ¶ Pyladem histionem vrbe arque Italia submouit, quod ¶ spectatorem, a quo exhibilabatur, demonstrasset digito, conspi- ciumque fecisset. Suetos in Augusto, c. 45.

De iniuriis, Scripto factis. Cap. 6.

1 Iniuria scripto facta grauior quare.
2 Libellos famosos facientes, & habentes vt puniendi. 3. §. seq. 4. §. 6. 7. 8.

Iniuria, ¶ quae literis commendatur, maior iudicanda est, vt i- pote quae & consulo facta sit, & quae diutius perseneret in conspectu hominum. Vocis facile obliuiscimur, at litera scripta manet, & per manus plurimorum longe lateque vagatur, & tan- dia subsistit dedecus, quâdiu memoria remanet, nihilque deceta- bilis est dedecore, vt ait Cicero 3. Philippi. Qui & alibi, idem i. Tusculan. de dedecus maius malum esse dicit, quam dolorem. Dolo- rem, inquit, existimo maximum malorum omnium: esiamne maius quam dedecus non audeo id quidem dicere. Et me pudet tam cito de- sententia esse dieictum. ¶ Quamobrem ¶ qui libellum, carmen, aut historiam ad allicium infamiam scripserit, composuerit, edi- derit, dolove malo fecerit, quod quid eorum fieret, iniuriarum nomine tenetur, §. iniuriam, de iniur. apud Inst. Fitque economi- ne reus condemnatus, intestabilis, l. lex Cornelia, §. 5. si quis li- brum, & l. quod senatorum consilium, eod. tit. id est, ob carmen famo- sum condemnatus, neque testis esse potest, nec testamentum con-

condere, *l. ob carmen, 21. de testib. P. l. cum leges. Et l. qui, §. fin. de test. in P. Idem statuendum si quis in libello principi dato, vel alii quem infamem, l. item apud Labonem, l. 5. §. si quis libello, de inur. P. Si carmen conscribat, vel proponat, vel canter aliquid, quod pudorem alicuius lædat, d. l. item autem, §. hac autem fere sunt. Proinde quod maius est, si quis famosum libellum siue domi, siue in publico. siue quocunque loco ignarus repererit, aut contempere debet priusquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum: quod si non fecerit, vel non coram bufferit, vel si manifesta fuerit, ut auctor capitali sententia damnandus est, l. vni. de famo. libell. lib. 9. C. r. 36. c. fi. 5. q. 1. Nec admittitur huius criminis defensio per procuratorem, l. pen. §. ad crimen, de pub. iud. in P. c. vni. de accusat. Rota. 485. incipit scelericus, videlicet si criminaliter agatur, non etiam si ciuilitur: quia tunc priuatum iudicium sit actio ciuilitur proposita iniuriarum, l. iniuriarum, C. de inur. factis in argu. ca. tue, de procurator. Iure pontificio, qui in alterius iniuriam & famam, scripturam aut verba contumeliosa confinxerit, & competus scripturam non improbauerit flagellatur: & si quis inuenerit, nec fregit, ut auctor iudicatur, c. 1. 5. q. 1. Et qui inuenti fuerint famosus libellos in ecclesia ponere, anathematizandi, ca. si quis, 5. q. 1. ¶ Constitutio ¶ Caroli §. Cæsaris de causis capitalibus, art. 110. edita. in infamantem penam eandem irrogat, quam mereretur diffamatus libello, si eius criminis reus quo accusatur peractus esset. Rursum in comitis habitis Augustæ Vindelicorum, anno 1548. sub eodem Carolo, c. 34. inhibiti sunt libelli maledici, picturæ, sicuturæ, scripturæ, pasquilli, & alia, quæ in alterius infamiam fiunt, constituta pœna carceris, & multæ: neve Typographi sub eadem pœna, & officii Typographici ademptione, audeant hos libellos excudere, aliove, quin prius eius loci magistratibus communicauerint, se copiam fecerint, & nisi apposterint locum & tempus ubi excudunt, nomenve auctorum. Inhibeturque huiusmodi libellos, picturas, imagineve veritas potestas vendere, donare, emere, habere. ¶ Ex ¶ senatusconsulto Romano olim, libri Labieni, ut nimium mordaces, combusti sunt eo etiam viuentem, ut ait Seneca lib. 10. De cleme. in princ. ¶ Athenis ¶ prætor Mori, hide, decretum scriptum de nemine a comitis perstringendo: quod tamen abrogatum scribit Suidas ab alio prætor Euthymene, Suid. in Euthyme. redditaque comitis licentia. ¶ C. Lutorius ¶ Prifcus, magni nominis poeta & eques, qui in Germanici mortem carmen egregium scripserat, ac magnæ pecuniæ vim pro eo acceperat, ac cutus est, quod per morbum Drusi carmen in eius mortem scripserat: & ideo a Senatu condemnatus obiit, Dio. Cass. lib. 57. hist. 7. Roma. ¶ Anaxandrides ¶ poeta comicus Rhodius, fame atque inedia mori ab Atheniensibus coactus est, quod eos optimas quidem leges habere, malis vero uti dixisset, ut meminit Ouidius in l. in. ¶ Sorades ¶ Cretensis Phylacôn, id est, nugatum carminum poeta, cum de rege Ptolomæo plura impudentius scripisset, in plumbeo vase conclusus in mare demersus est, auctore Athenæo Dipnoso. lib. 14. c. 7. Plutarchus autem in Pedagogia, i. plum in carcere contabuisse adfert. Sanctum lege 12. tab. ne quis maledicium in quemquam scriberet carmen, aut vltimo afficeretur supplicio, ut testatur Cicero de Repp. §. 4. Tusculan. Horatius lib. 2. satyr. 1.*

Si mala considerit in quem quis carmina, ius est Indiciumque.

De iniuriarum Abolitione. Cap. 7.

- 1 Iniuria quot modis aboletur.
- 2 Iniuria condemnatus an sit infamis, §. 7.
- 3 Palinodia iniuriarum, emenda honoraria est.
- 4 Poetis Roma maledicentia castigata, §. alibi.
- 5 Iniuriarum actio morte quomodo tollatur, & quando transeat in heredes.
- 6 Iniuriarum libellum scandum inter Christianos maxime, §. n. 7. 8. 9.
- 10 Iniuria quomodo expresse vel tacite remittatur. Et 11.
- 12 Iniuria remissa censetur de simulatione.
- 13 Iniuriarum actio anno exstinguitur si non agatur.
- 14 Iniuria mutua an admittant compensationem.
- 15 De contumeliosis dictum Aristotelis.
- 16 Iniuria leues vel panam nou habent, vel habent non infamantem. 17. §. 18.

¶ Iniuriarum ¶ abolitio pluribus modis fit, vel soluta pœna ciuili vel criminali imposita, §. in summa, de iniuriis. ap. Just. l. 7. C. eo. l. i. eo. in P. vel palinodia seu recantatione, vel morte, vel recantatione, seu remissione, vel alius excusationibus. De modo pri-

mo, generalis est regula: solutione eius quod debetur, tolli omnem obligationem, §. i. quib. modis toll. oblig. ap. Just. Ideo pœna exacta, satisfactio iniuriato facta, nihil est, quod de iniuriis vindicatis conqueratur quia eas passus est: quia satisfactio, solutionis instar est, l. solutionis, 54. de solutio. P. l. solutionis, 176. de verbo obli. l. omnes, 23. in ver. luisse, C. de pœ. Quæ sit illa legitima satisfactio, iam in singulis membris iniuriarum tradidimus. ¶ Admonendi ¶ tamen sumus, quamuis iniuriarum actio hoc modo aboletur intuitu iniuriati, nihilominus in persona iniuriantis condemnati, veluti cicatrices iniuriæ commissæ remanent: iniuriam videlicet si iniuria commissa fuerit atrox, non si modica, secundum plerisque iuris interpretes. Quamuis Angelus & pro modica damnatum infamem dicat. Angel. in l. infamem, de pub. iudic. Quem sequitur & communem opinionem esse adfirmat Felinus ad ca. cum te. nu. 9. de ve. iud. & alii. vide Fuluum Clarum, l. 5. senten. in §. iniuria, nu. 7. Quibus tamen ego repugno, nisi pœna imposita infamiam habeat. Potius enim laudo perfectam amnestiam iniuriarum, quam præteritarum notam. In grauibus portor infamiam comitari recte arbitror iniuriantes, non ut bis puniri pro eodem delicto videantur, hoc enim iura verant, l. licet, in fin. ante. ca. pos. abul. l. omnes & l. pen. de pen. C. l. bona fides, de regul. iur. P. sed ut pœna durans, a simili iniuria inferenda deterreat & quia, ut paulo post dicemus, iniuriarum actio per se famosa est, l. prætor edixit, 7. de inur. P. l. i. de his qui not. inf.

¶ Secundo, ¶ ut plerumque iniuriis satisfit verbalibus, aut scripto prolatis, cum quis Palinodiam corum, quæ temere protulit, iubetur agere, eo loco ubi protulit, vel alio loco, vel presentibus testibus adhibitis, dicimus multa vel emendam honorariam: quibus & additur multa numeraria. Sic legimus remissam iniuriam Stesichoro poetæ, qui oculis priuatus fuit, quod carmen famosum & maledicum coniecisset in Helenam: restitutum autem visum postquam palinodia laudes eius cecinit. Indicat & his verbis Horatius Epod. ode 17.

Infamio Helenæ Castor offensæ vice,
Fraterq; magni Castoris victi prece,
Adempta vni reddidit lumina.

¶ Absoluuntur ¶ hodie rei iniuriarum simplicium verbalium acti, si coram iudice summarie & de plano inficiuntur se iniurias pronuntiasse, & si profiteantur, conquerentem in sua opinione esse bonæ famæ & opinionis, l. o. Pap. l. 2. R. h. p. o. ar. 11. 2. ar. pen. §. si. Sic Næuius poeta cum ob assiduum maledicentiam & probra in principes ciuitatis, more poetarum Græcorum dicta, in publica vincula Romæ a Triumuiris ductus fuisset, postquam alias fabulas in carcere scripsit, in quibus delicta sua & linguæ petulantiam, qua multos antea læserat, aperitissime diluit, facile vinculis solutus est, ut ait Aul. Gellius l. 3. c. 3. Quæ intelligenda sunt, quando ipsa palinodia tantundem restituitur famæ, quantum iniuriæ dictio ademerat: alioquin si remaneat iniuria post palinodiam, alia satisfactio coniungenda. Et tunc qui iniuriam intulit, non potest se tueri dicendo, se non habuisse animum iniuriandi: quia verba vel facta quæ iniuriam sua natura continent, animo censentur dicta iniuriandi, nisi manifestis probationibus contrarium appareat, Socin. consi. 146. nu. 7. Ver. circa tertiam. volum. 1. Paris. consi. 26. l. 19. nu. 4. qui dicunt esse hanc DD. communem sententiam. Idcirco ut plena sit satisfactio, recantatio iniuriarum, ut plerumque fit, cum face ardente manu comprehensa rei nudis pedibus, & indulto corpori obuoluto venia proclamata iniuriato: & illa dicitur proprie forma emendæ seu emendationis honorabilis. ¶ Tertio ¶ Mors omnia soluit, §. deinceps, de 5 nupt. in auth. & consequenter actione iniuriarum. Iniuriarum actio in bonis nostris non est priusquam contestetur, l. iniuriarum actio, 28. de inur. P. ut antequam proposita sit, non possit tranfire ad heredes §. si heredibus, de perp. & temp. actio. nec heredi, nec in heredem datur, nisi lite contestata, l. iniuriarum, 13. de inur. P. l. 1. §. pen. & si de prima. da. l. P. Est enim famosa actio, id est, quæ condemnato irrogat infamiam, l. prætor edixit, 7. de inur. P. l. i. de his qui not. inf. P. Sic fere etiam in aliis pœnalibus & famosis obseruatum est, l. pen. de in us voc. l. in honorariis, de actio. P. l. 1. de perp. & tempo. actio. Litis autem contestatio heredes vtrique obligat vtriusque, ad pœnam numerariam, non corporalem, l. i. ex del. de si. in quan. heredi. tene. ¶ Placet ¶ autem horum decisio vel maxime, 6 quia ira mortalium aliquando esse mortalis debeat. Item quia, ut do. uimus, quantum fieri potest, sine publica nota iniuriarum obliuisci maxime Christianum fit, & prudentum alioquin hominum. Et sic publice fieri interest ad pacem conseruandam,

Sicuti & exemplo docet factum Thrasibuli, qui occisus vel eiectis triginta tyrannis Atheniensibus praepositis, vt populum in varias sententias fufum in vnum reuocaret, legem *ἀμυνίας* seu obliuionis iniuriarum sancit, exacto iureiurando a ciuibus. Et praeteritis iniurias non recordaturos, vt notant *Emilius Probus in Thrasibulo*, *Plutarchus in Positi*, *Æschines contra Ctesiph.* & *παρὰ τοῖς Ἰσοκράτους*, *Ἰσοκράτης πρὸς τὸν Κλέωνα*, *Dio lib. 4.4. in concio*, *Cic. Valer. Maxim. lib. 4. c. 1.* Simile senatusconsultum latum est a Romanis sub Iulio Cæsare, suadente Cicerone, auctore *Dione Cassio, lib. 55. hist.* ¶ In iuriis ¶ a suis ciuibus Thebanis Epaminondas affectus, a quo animo tulit, quod patria sua irasci, nefas esse duceret, *Æmilius Probus in Epaminonda*. ¶ Et ¶ Phocion praestantissimus æquissimisque Atheniensium Imperator, inuidia & calumnia proditiōis Pirei insimulatus, cum ad supplicium duceretur, & aliquis eum rogasset, eequid filio Phoco nuntiarī vellet, respondit: *Πολὺ ἐμοὶ ἀγαθὸν ἔστι, ἵνα ἐπινοήσῃς ἵνα μὴ ἴδῃς τὸν πατέρα σου ἀποκτείναντα τὸν υἱόν σου.* ¶ *Pomponius ¶ Articus* liberalitate vtens, nullas inimicitias gessit, quod neque debebat quentquam: neque si quam iniuriam accepisset, malebat vlciſci, quam obliuisci, *idem seu Cornel. Nepos. in vita Artici.* ¶ *Remissio* ¶ porro aboletur iniuria, vel expresse, vel tacte: expresse, per *Pactum*, *si tibi decem. §. 1. de pact. P. non solum. 11. §. 1. de iniur. P.* ad supplicationes vel per preces inferentis, *c. si ille, 23. q. 4.* Item si volente & postulante poenam certam aduersario iniuriato, iudex iniurianti eam poenam imposuerit, & eam luerit iniurians, *l. sed si vnus, 17. §. si ante iudicem. de iniur. in P.* ¶ Verum si ¶ infirmus, confitendo sacerdoti, remisit iniuriam illatam ab aliquo, censetur remississe odium, non tamen satisfactioem iniuriæ, ex sententia Panormitani, *in c. 1. de malef. vide glo. in §. cui rei grane impedimentum. de collat. in pragma. sancti. in ver. rancores,* quia poenitenti iniuriam fecisse, tenemur quidem odium & peccatum remittere, non autem satisfactioem iniuriæ, *e. de occidendis. 13. q. 5. glo. & D. D. in cap. 1. de malef. fo. And. in ca. 2. de homici. ci. in Sex.* ¶ Tacite ¶ remittitur *Disimulatione*, si non obstante iniuria prolata, quis pristina familiaritate vtatur: si statim qui patitur ad animam non reuocauerit. Necis postea ex poenitentia iniuriam remissam poterit reuocare, §. *si. de iniur. apud Iustiniana. l. non solum. §. 1. eod. P.* Reuocare autem censetur, si accepta iniuria iratus remaneat: contra, si non fuerit iratus. ¶ Si quis ¶ quoque intra annum cum peller, non agat, remissa censetur, *l. si non conuicti. §. C. de iniur.* ¶ Sed ¶ num *Compensatione* quoque tollantur non inutiliter quæritur, vt si mutuo aliqui sibi iniurias vtinque inferant. Et omnis controuersis sic arbitror iudicandum, si agatur criminaliter, vnumquemque pro sibi illata iniuria agere posse, nec compensationem admittendam ex sententia Speculatoris, *ita. de accusat. §. 1. vers. quod si vocauit te, Angeli, in l. ut vim, de iust. & iure, P. & Panormitani, in c. cum te. de sent. & re iud. nu. 25.* Quia iniuriæ diuersa respiciunt, neque delicta concurrentia sibi inuicem dant immunitatem, *l. in lingua. 2. de pub. iud. P.* cum impunita non debeant esse maleficia, *l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. P.* Ordinem tamen seruandum puto, vt de grauioribus primum tractetur, vel de iis, quæ priore loco sunt propositæ, *c. neganda. & seq. 3. q. 3. l. neganda. C. qui accusa poss.* Verum non imus inficias, dignum cognitu esse in iniuriis mutuis, quis prior aggressus causam & initium dederit rixæ: nam qui defendit, si legitimos fines defensionis non excessit, non tenetur de repulsa reali iniuria, *l. 1. §. cum arces, si quadrup. pup. feci. d. ca. l. 9. P. tit. 1. si ex plagis, §. ubernarius, ad leg. Aquil. P. l. ut vim, de iust. & iure, c. frispicromis, de offi. deleg. l. quoniam, de vi publi. C. in mandatis, 3. q. 3. Pugnandum est, inquit *Liuius lib. 1. de bello Macedo. interdum non quia velis, sed quia hostis cogat.* Si excedat autem iustam defensionem, tenetur, cum aliter se tueri possit, si percussio non defensio sit: si cum cedere poterat, persequitur. Tunc enim alia iniuria potius, quam defensio iniuriæ est, vt ait Panormitanus *in c. cum te. n. 23. de sen. & re iud.* Et id videtur expresse notasse Paulus, dum excusat vim propulsuam iniuriæ illatæ, si aliter euadere quis non possit, *l. sciendam, §. qui cum alter, ad leg. Aquil. P.* Proinde in conuictis, quæ verborum habent iniurias, conuictis aliis resistere, non potest esse perfecte legitima defensio: nam verbis ita contendere ad feminas maxime pertinet, & pueros. Nisi quis ex personis & qualitate delictorum, velit hanc linguæ volubilitatem compensare: plerumque enim irascita iubet. Quod recte expressit *Homerus apud quem sic inquit ad Achillem Æneas, Homer. l. 14. vers. 245.**

πολλὰ μὰρ δὴ δ' ἐν νῦν ἐκείνῳ γοῶν ἔστιν ἔστιν. ἔπειθ' ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐστὶν ἄλογος, καὶ οὐκ ἔχει νόον, ἀλλὰ πῆρ ἔχει δυνάμειν ἐν τῷ θυμῷ, καὶ οὐκ ἔχει νόον. ἔπειθ' ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐστὶν ἄλογος, καὶ οὐκ ἔχει νόον, ἀλλὰ πῆρ ἔχει δυνάμειν ἐν τῷ θυμῷ, καὶ οὐκ ἔχει νόον. ἔπειθ' ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐστὶν ἄλογος, καὶ οὐκ ἔχει νόον, ἀλλὰ πῆρ ἔχει δυνάμειν ἐν τῷ θυμῷ, καὶ οὐκ ἔχει νόον. ἔπειθ' ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐστὶν ἄλογος, καὶ οὐκ ἔχει νόον, ἀλλὰ πῆρ ἔχει δυνάμειν ἐν τῷ θυμῷ, καὶ οὐκ ἔχει νόον.

Id est: Licet enim ambobus opprobria loqui Multa valde, neque nauis centi remis onus portares. Volubilis enim lingua hominum, multique in sumi sermones Omnigeni, verborum autem multa profuso hinc atque hinc: Quale dixisti verbum, tale audies. Sed quid rixis & opprobriis nobis necesse est? Contendere mutuo contra vt mulieres, Quæ irate contentioem permittosam Contendunt mutuo, mediam in viam euntes, Multa vera, & non ira autem & ista iubet.

In illis itaque velitationibus verborum, si graues non sint iniuria, & ciuilliter agatur, compensationi fatius erit studere, quam fouendis litibus: & ita poenæ, quæ ex verbalibus iniuriis solent infligi numariæ reciprocè remissa videbuntur. Vt in plerisque criminibus admittitur priuatis, quando crimen circa idem vertitur, *l. viro. & l. cum mulier. sol. matr. in P. l. si ambo. §. 1. de compens. P. l. si vxor. §. diuis. ad l. l. de adul. vide ita tenentem loc. de Bellis, in pract. crim. in prin. nu. 16.* Et in aliis semper: si ciuilliter agatur, *l. 2. §. pen. de eo per quem factum erit. l. si duo. de dolo. P.* Contrarium tamen, si criminaliter: quia poena corporalis vel criminalis non compensatur, *l. 2. §. si publico, ad leg. Iul. de adult. in P. l. si vxor. §. iudex. eod. ¶ Perferre, ¶ inquit Aristoteles 4. Ethic. tract. 3. contumelias, & suas negligere seruire est sane. Qui namque non irascitur pro quibus oportet, & quibus oportet, fatum esse videtur. Vespasianus de iurgio senatoris equitisque Romani pronuntiauit, Non oportere maledicere senatoribus, remaledicere ciuilibus, Suet. in Vespasiano. ¶ Qui ¶ contumelias non prouocatur perfectus est, qualis Dominus noster Iesus Christus, qui contumelias quidem sibi illatis non respondit, blasphemias autem in diuinitate seuerè & cum auctoritate reiecit, *c. nonne bene dicimus, de presum. c. episcopus, 40. dist.* Sunt minimæ iniuriæ sine poenâ, vel si qua imponatur, illa non infamat, *c. cum te, 23. de sen. & re iud.* nec lubricum tantum linguæ, ad iudicium trahendum, *l. famosi, §. nec lubricum, ad l. l. mat. P. l. 1. si quis Imper. maled. nec verba irati nimium, & paulo post dictorum poenitentis, c. si quis iratus, 2. q. 3.* At quando agimus de grauius iniuriis in homines dictis, vix est vniusto quodam dolore non moueantur & impatientia aduersus dicta facta, ve, non remaleddicant. Etenim violentiam seu vim aliquam, quis ex contumelias pati dicitur, *l. in materia, §. 1. de li. hom. exhib. & vim itaque expugnare non vetatur. Quis enim impetum concitati spiritus ferret? Prover. 27. ¶ Commotus ¶ enim & prouocatus 17. ra, ad infamiam perducitur.**

Ex accepta iniuria, quilibet vt plurimum incipit insanire, vt ait Terentius in Adelph. Et rursus, *idem in Andria.* Nam & si quis iratus insigetur, insanit. ¶ Et ¶ qui modeste se tutando vel purgando ab obiectis iniuriæ dixerit, mentis, vel falsum est quod ais, non videtur in culpa esse, nec male loquutus, si pro vero loquatur, *Luc. de Pen. in l. errat circa prin. de cast. in specul. mil. lib. 1. 2. C.* Nam & in iure veluti ciuilia hæc verba videntur, *viam veritatis ignoras, l. viam, loc. C. si so assueras, l. falso, de iur. rescrip. C. falso tibi persuasum est, l. falso, de commu. rer. alie. falsum est, l. 1. de reg. Caton. P. l. si rem, quam de euc. Hierem. 37.*

De Pignorationibus, seu iure Repressaliorū. Cap. 8.

- 1 Repressalie ad iniurias vindicandas inducitur. Et 2.
- 3 Pignoratō iniuria causa quid.
- 4 Repressalie unde dicitur, & quomodo, & pro quo fiant.
- 5 Droict de Marque in Gallia quid.
- 6 Repressalie quando legitime, & causa, 10.
- 7 Iniuriarū illatarū causa non vindicatur iure commissa qua bella.
- 8 Negotiatoriū volatorū causa maxime repressalie inducitur. Et 9.
- 11 Repressalias quis concedere potest.
- 12 Alius pro alio quare in repressalis tenetur, 13. Et 14.

15 *Repressaliorum iure certe persona publica custodie tradenda: Et bona cum repertorio capta per iudicem laesit ad iudicanda quomodo.*

16 *Repressalio quas personas vel merces non afficiant.*

17 **A**d iniurias vicissimae pertinere videtur pignorationem seu repressaliorum ius, quo vitum in Gallia aliquando, ad emendandas iniurias reguiculis in alienis regis illatas. *Repressalia* quibus vitum, inducitur ad exemplum, ut opinor, androlepia Graecorum: androlepia enim erat, ius quoddam pignorationum hominum, quando caedes patraa erat, & auctor non reddebatur a ciuitate, in quam refugerat, vel ubi erat. Tunc enim licebat ex eius ciuitatis ciuibus tres capere quonque reum redderet, vocat Graeci *androlepia*, ut notat Iulius Pollux. lib. 3. cap. 1. & Demosthenes, contra *Aristocrata*. Verba Pollucis haec, *androlepia* δὲ ἐστὶν ἀνδροφόνου καὶ φονίας οὐκ ἐπιπέδου, ἀλλὰ τῶν ἐπιπέδων ἐστὶν ἐν τῶν ἐκείνων ἀρχῆς τῶν τεσσάρων ἀρχαίων. ἢ δὲ ἀδίκως, ἀνδρολεπία κερμαίον, ἢ ἀνέμψον, ἢν, id est. *Androlepia* autem est, quando quis homicidas fugientes petens non accipit: licet ex non reddentibus usq. ad tres abducere. *Qui autem androlepia iniuste usus fuisset, non impune ferebat.* Quas quoque eadem tradit & Demosthenis verba haec, *ἀπὸς δὲ τούτων, ὁ νόμος, εἰ μὴτε δίκης ὑπόστασις, ἢ εἰ μὴ τὸ πᾶσι γένηται, μὴτε τὸς δευτέρου ἐπιπέδου, καὶ ἐπιπέδου τῶν ἐκείνων ἀρχῆς, τῶν τεσσάρων ἀρχαίων.* Budæus haec probat, in annotationat. post. *P. in Lauit facta, s. nemus, de pan. in P. & Hermolaum Barbarum reprehendit, quod dixerit androlepia clarigationem, quasi deesse verbum Graecum vel latinum. ¶ Certe non minus inficias Gregorium in concil. Lugdun. in c. vni. c. de iniur. lib. 5. 6. Decret. tit. 8. quia prohibet androlepia personarum ecclesiasticarum, repressalias vulgo dictas, testat, dici pignorationes. Verum mihi magis placet vox *clarigationis*, quam androlepia & pignorationis: nam pignoratio, generale nomen est: Androlepia, propria auctoritate habet eorum, qui vltionem necis postulabāt, vt ex precedenti loco Iulii Pollucis patet. & Budæus fatetur, neque alio modo, quam ob caedis iniuriam. ¶ Sed hanc non exprimitur, quae repressalia dicuntur, quarum appellatio tracta est a verbo Gallico, *reprendre* & *repris*, quod est iterum aliud pro re sua accipere, & iniuriam in damno & facto consistente, postulare & refarciri. Eoque nomine licere, res capere & retinere eorum, apud quos qui damnum dederunt sunt, cum de iure reddendo qui ibi imperant interpellati, nolunt statuerre, donec satisfiat: licere autem retinere & capere, non propria auctoritate, sed publica, principis inquam, in cuius dominio est ius, cui damnum iniuste datum, vel iniuria facta ab alieni regni hominibus vel praedationibus. Is enim princeps legatum, vocabant Romani patrum patratum, nostri *heraut d'armes*, vel alterius conditionis hominem mittit ad illius ditionis, ubi damnum datum, vel ubi rei degunt, principem vel heretoem populam vel praesulem, vt iubeant ablara iniuste restitui, iniuriamque refarciri, clare & aperte protestando ni fecerit, bellum eis, vel repressalias indicere, & hostili animo eorum bonam in regio flo ruo ferpta, retenturam. Idque est clarigationem, iterum repetit. *ὁ κατὰ γὰρ τὴν πόλιν ἀπὸς τὸς ἀδικήσαντας ἀναγορεύεται.* ¶ Vocatur etiam in Gallia istae clarigationes, *droit de marque*. *Guid. Pap. q. 32.* Iniciunt enim signum legati in ciuitatem illam quae nocet, vel in regnum cuius se hostili more, comperta in regno, cuius est iniuria affectus, capienda iri praedicant: donec satisfiat. Sunt enim repressaliorum iura, vt quicunque eorum, quibus indicantur, territorium eius qui indicit, intrauerit, possit recitari cum bonis, usque ad satisfactionem. ¶ Dubitat etiam Bart. in limite de repressaliis institutione tractationis, num possint istae clarigationes & pignorationes bonorum hominum alterius prouinciae, qui tamen damnum non dederunt, pro aliorum noxa fieri: aliaque annexit quaestiones, pro quarum breui conclusione, sic me expedit. Permissas esse hominum etiam liberorum & rerum detentiones & pignorationes, dum modo oblerimus primum iustum esse causam precedentem: demum clarigationem re de & modo legitimo factam, & si in eos in quos oportet, & per quos oportet, fuerit executioni demandata. ¶ Causa etiam legitima erit, si iniuria praecedat, vel praedationes, quae dum refarciri postulantur, contemnuntur, *Bart. in tract. repressal. q. 1. Guid. Pap. q. 32. vide de late disputantem de hac quaest. Joan. Andr. in Mercurial. ad reg. iuris, non debet in 6. nam ob id legitimum bellum indicipote est. c. dominus noster. 23. q. 2. D. Thomas. 2. 2. q. 40. c. 1. Sic Romani Illyricum bellum inceperunt, quod Illyrii nauigantes qui Romanæ ditionis erant infestaret. n. c. obsequerentibus illis per legatos, satisfacerent, vt auctor Polybius, lib. 2. hist. Sic & antequam bellum**

inferret Troianis Graeci, pro repetenda Helena & iniuria tarticienda, ad Troianos legatos miserunt, Menelaum & Vlyllem, vt testatur Antenor loquens Helena apud Homerum:

Ἰδὲ δὲ καὶ δέλεος ποτὶ ἡλῆος εἶπε δῖος ἑρμῆς, σὺν ἔνερ ἀργείοιο, σὺν ἀντιφῶν Μενελάω, Id est.

Quoniam enim & huc aliquando venit diuinus Vlysses Tui causa legatus, cum bellicoso Menelao.

Exstat hac de legatione, quae ita causas legationis & clarigationem complectitur, apud Libanium Sophistam oratio & declamatio Menelai ad Troianos. ¶ Plutarchus in *uita Cimonis*, Amphictionum iudicium refert hac de re, quod tamen populus noluit exsequi. *Amphictiones* inquit, cum a Syriis nonnulli, negotiatores Thessalorum violassent, & spoliassent totam rempublicam Syriorum, damni iniuria nomine multarunt: sed hoc in acium populus exsequi noluit, quia dolenti culpam & poenam in auctores, non in commanentiarum reuocari oportere, publicam enim causam a priuatorum culpa segregandam. Et si in ciuitate a multitudine peccatum est, non protinus bonis aliisq. innocuis imputandum esse.

¶ Istam etiam hoc bellum ob praecipuum illud, alterum non laedere, nemini nocere, quae iuris naturalis sunt: & ideo ab omnibus principibus exerceri. Pari modo quae in regno vel inter subditos iura obseruantur, iura ciuilia alienigenae reddi debent. *Qui magistratum*, inquit lex, l. 1. quod quisque iur. lib. 2. P. tit. 2. potestatem re habuerit, si quid in aliquem noui iuris statuerit, ipse quoque postulante aduersario, eodem iure uti debet. *Quod iustum est*, inquit Moyles, iudicare, siue ciuis ille sit, siue peregrinus: Nulla enim erit distantia personarum. Deuterono. 1. & 16. Iacob. 2. Leuit. 24. ¶ Et rursum, Exod. 23. Peregrino non eris molestus. Exigitur quoque pro causa legitima, vt primum de iniuria vel praedatione commissa constet, requisitumque fuisse dominum loci, vel principem, qui non cognoscit superiorem, vel populam seu rempublicam, ubi commissae haec, vt iure statuatur in suum regnum, vel ciuem, vel subditum, pro spoliato vel iniuria affecto qui postulat. c. dominus, 23. q. 2. & Bart. in tract. repressal. q. 1. Guid. Pap. q. 32. & 33. Ioan. And. in Mercuria. ad c. non debet, de reg. iur. in 6. Bald. in auth. & omnino, ne uxor pro marit. colum. pen. Ioan. de Ligna. in tract. repressal. Sic Romani priusquam Illyriis bellum indicerent, Teugam reginam interpellabant per legatos, vt emendari iuberet elatum damnum. Vbiunque enim pro iustitia obrinenda potest laesus superiorem eorum qui deliquerunt adire, non est concedenda haec pignoratio. *Joan. de Bell. in §. 1. vt non siant pignor.*

¶ Quare et ante concessionem & fides facienda a creditore petente repressalias de debite, & de interpellatione, & diligentis vt dicunt iuris obtinendi, debetque debitum liquido esse sine exceptione, *Bald. in d. auth. & omnino.* & aduersarius debitor potentissimus. Sed & princeps superior, vel populus, si respublica tantum concedit repressalias, non iudex solus sine eorum consensu: nisi ex forma statuti haberet hanc auctoritatem concedendi. *Idem in d. auth. & omnino, Imo. in c. cum olim, de restit. spol. lo. de Lig. in 1. part. repressal. & 2. in princ.*

¶ Post haec obseruationes nempe existente iusta causa, de negata iustitia, & cum auctoritate principis, qui bellum solus ita & marcham inferre potest, cessant iura quibus prohibetur, ne alius pro alterius debito & poena teneatur, *auth. & omnino, ne uxor pro marit. C. l. prouidendum, de decurio. lib. 19. C. titu. ne fil. pro patr. auth. imo. C. de acti. cum similib.* nec pignorationes patiantur, *tot. tit. vt non siant pign. colum. 5. in auth. ca. 1. de iniur. in 6.* Nam tunc agitur in concues reipubl. vel regnicolas domini denegantis, vt in noxios & debitores, & hostes qui patiantur iniurias inter iniurias inter se alii nutritive, & aliena retineant. ¶ Et proinde quae ab hostibus capiuntur, iure retinentur. *l. hostes, de capti. & postlim. reuers.* Sed & placuit in iure, municipes quidem ex dolo non teneri alicuius singularis personae: verum si quid ex dolo eius, qui eos administrat, ad eos peruenerit, teneri. *Vlpia. l. sed si ex dolo, 16 §. 1. de dolo. P. Quia videntur ratum habere, nisi reddant. l. 1. §. deiecit, de vi & vi arm. P.*

¶ Dehinc et ex delicto domini, puniri posse subditos nemo dubitat, *c. si sententia, c. 16. de sentent. excom. in 6. consuet. si vero dominus temporalis, de heret. C. Proinde dominus qui illicite retenta restituere legitima petita denegat, vel iniurias patitur peregrinorum in sua ditione iniultas, recte ad iustum & ad restitutionem, vi & manu militari adigitur. *l. qui restituere, de rei vindic. P. ca. petimus, 11. q. 1.* Nec iniuste alienigenae, in regno illo cuius est ius iniurias passus est, securitatem seu tutum iter postulant, quod ipsi apud*

se iniuriam passio non praestiterint. l. Julianus §. offerri, de act. emt. P. Proinde in eos hac clarigatione recte agitur, ut prius damno refarcito, ipsi quoque tuum, quod violauerint, iter reddant, peregrinantibus & negotiatoribus iuxta iuris regulas. c. si quis Romipetas, & c. illi qui, 24. q. 3. c. 2. de iur. & pace. l. 2. §. 1. ne quid in loc. publi. l. 1. §. 1. de iis qui deiecer. P.

15 Hoc tamen obseruatur in repressaliis, ut creditor, qui personam vel bona alterius negotiatoris repressaliis suppositi cepit, non possit retinere, sed debeat in publicam custodiam ducere, Bald. in d. auth. & omnino in 3. col. & in l. generali. in 2. notab. de curia. lib. 1. c. loan. de ligna. in tract. repress. §. part. princ. q. 12. Pau. Cust. cons. 313. & bona capta teneatur eius loci iudici exhibere vbi capta sunt, qui consignabit reposito & auctoritate publica vendi, & satisfieri creditari iubebit, vel creditoribus, ob quos dicta sunt repressalia, quibusve satisfactis, cessant repressalia. Bald. in d. auth. & omnino, in fin. ne vxor pro marit. Et si quid supra debitum superest, dominis reddendam erit, deductis impensis iudicialibus & captionis legitimis. Quod enim supererit, consignandum est publice & restituendum. ¶ Excepi tamen placuit ab hoc iure repressaliorum aliquas nihilominus personas, quae nec earum bona capi possunt. Primum repressaliae contra alicuius regni, vel ciuitatis, vel reipublicae personas intelliguntur de ibi habitantibus, non autem si nati inde in regno qui indixit habet, Bart. in l. 1. §. remouet. de postul. & in l. p. iudicialis, de verb. sig. in tract. repress. q. 7. Bald. in c. 1. §. 1. de for. fid. in feud. & in auth. & omnino ne vx. pro marit. quia non videtur eius provincia, in qua non habitat, lecleris esse particeps, nisi post iudicium repressalium desinere esse eius ciuitatis, contra quam iudicatur, cuius. Bald. l. quidam, in fi. C. de fidei co. Secundo non habent locum repressaliae contra peregrinantes religionis causa, idem in l. omnes peregrini, commu. de success. Ba. l. in 9. q. 7. septimo principalis repressalior. vel studiorum, quales icholasticis, Auth. habita, ne sil. pro patr. C. & ibi Bald. Bart. in d. q. 7. Bart. in l. 2. §. legatis, 4. not. de iud. Joan. de ligna. in tract. repress. §. part. 7. q. 2. princip. & eorum libelli, scriptores seu librarii eorum, Bald. in d. auth. in. & omnino, nec etiam contra oratores, legatos, mulieres, vel alias personas, de quibus vide disputantem Bart. in tractat. repressal. quae l. 7. & Bartachi. in iuris in verb. repressalia contra quos concedantur, qui probat per alios interpretes duo singularia & quotidiana: 1. Merces in fasciulis inuentas apud aliquem mercatorem alterius loci, quam eius contra quem repressaliae indixit sunt, et si negotiator eius loci sit, tamen non affici repressaliis. lo. de Bello. in disputat. dux in ducatu Spoletano. & o. And. Barb. Sic. in rubr. de fide instrum. 2. Non affici repressaliis eum, qui soluit vectigal seu pedagium & gabellas. Odofred. in auth. habita, ne sil. pro patr. Pugnat tamen postremo cum casu Baldus in c. 1. §. 1. quae sunt regal. In iure quoque Pontificio cautum expresse, repressaliis non teneri clericos, c. vni. de iure iur. in 6. quod intellige, pro dimissis a dominis laicis, nam si de episcopis denegantibus iustitiam vel archiepiscopis, vel aliis agatur, lubens subsisto.

De lege Aquilia, Cap. 9.

Lib. 9. Tit. 2.
Lib. 3. Tit. 35.
Lib. 4. Instit. tit. 3.

- 1 Lex Aquilia a quo lata, & quot eius capita. Et 2.
- 3 Damnum unde dictum, & pro illo dato quando concurrant actiones.
- 4 Damnum in lege Aquilia in faciendo consistit.
- 5 Damnum iniuria datum, & sine iniuria quod.
- 6 Lex Aquilia in iudicio qua considerat, & eius actio pro homine libero non datur, 7.
- 8 Pro lege Aquilia quemodo sunt res considerande, & qua 9. 10. 11. 12.
- 13 Aquilia legis finis, partes iudicis & actiones.
- 14 Damnum dactorum ab animalibus dactorum leges: & talia animalia num includere liceat. 15. 16. 17. Et 18.

1 Ex t Aquilia, est scitum plebis, Rogauit eam a plebe Aquilius Tribunus pleb. Vlpia. l. 2. ad leg. Aquil. in P. §. ceterum, eo apud Iusti, per quam plebitur vis temeraria & imprudenter facta: cum alioquin non tantum sponte delicta admissa, sed etiam ignorantia, cum culpa tamen puniat. l. 1. de legib. in P. Sic enim Aquilia tenetur, cuius culpa damnum datum est. Qui occidit, §. in hac actione, ad leg. Aquil. l. qui actionum, de praes. verb. P. Legis Aquiliae capita tria erant. ¶ In primo capite canetur. Qui seruum seruamve, quadrupedem, vel pecudem iniuria occiderit, quatuor in eo anno plus iuris fuerit, tantum es domino dare, damna esto. d. l. 2. ad

leg. Aquil. §. 1. eo. ap. Iust. Deinceps ut aduersus infanciam haec actio in duplum esset. Secundum caput in defuerit dinem abut. l. si seruus seruum, 27 §. serui autem, ad leg. Aquil. §. caput, 2. eo. tit. apud Iust. In tercio vero capite sic scribitur, d. si seruus autem. l. si seruus seruum. Ceterarum rerum, praeter hominem & pecudem occisam, si quis alii damnum fecerit, quod offerit, frugerit, ruperit iniuria, quantum ea res erit in diebus triginta proximis, tantum es domino dare damna esto. Et in summa, primum caput locum habet, quando damnum iniuria occidendo datur: tertium vero, quando iniuria damnum datur aliter, quam per mortem. ¶ Damnum tamen quidem a diminutione patrimonii dictum. l. 2. de da. in se. P. Iniuria autem hic, quod non iure fit, §. 1. de iniur. l. 1. eo. P. & sine contumelia: quo nomine differt ab his, quae in iniuriis seu opprobriis diximus locum habere. l. sed est quaequaq. §. iniuriam, de iniur. P. Ita diuersa sunt, diuersaq. actio, damnum cum iniuria & contumelia dare, & damnum sine iniuria dantis dare. In prima specie concurrunt actiones legis Aquiliae pro danno, & de iniuriis pro contumeliis duae: estimationis, damni & contumeliae. d. §. iniuriarum. Liberum & est ei, cuius seruus iniuria occisus est, vel actione legis Aquiliae agere, & iudicio publico legis Corneliae. l. inde Neratius, 23 §. si dolo, ad leg. Aquil. P. §. libereum autem, eo. ap. Iust. l. praetor edicit, 7 §. si datur, de iniur. P. concurrunt autem, quod diuersos habeant fines. At pro aliis damnis sine iniuria dantis passis, competit alia actio in factis, l. si seruum meum, 23 §. fin. ad leg. Aquil. P. l. quia, de pra. verb. P. si videlicet equitas danti suadeat, non aliter, l. quomodo admodum, §. sed si tota, ad leg. Aquil. ¶ Quare tamen in actione hoc damnum in faciendo consistit, si per negligentiam solam contingat aliquid, ut liquet ex l. si seruus seruum, §. si fornicarius, & §. si ex plautio, ad leg. Aquil. in P. Non autem si damnum nascatur ex negligentia eiusdem & rei ipsius naturae, illud enim hac actione non relatur; veluti si fructuarius patiatur riuos corrumpi, vel vites non profcindat, non tenetur Aquilia. l. si cuius, §. deniq. de vrb. u. P. ¶ Damnum tamen iniuria datum dixeris, quod cum damno iniuriam attulerit. l. si quis furto, 50. §. 1. ad leg. Aquil. P. Et damnum in lege Aquilia in re fit, re ipsa remanente domino in quo d fferat damno dato domino re ipsa subacta, cuius causa alia datur actio, nempe fortis. l. si seruus seruum, §. si soluiam, & §. idem in §. in §. in eo. Ita damnum legis Aquiliae cum culpa, vel per ignorantiam culpofam, non cum mente suandi committitur. d. l. si seruus seruum, §. si ratam, & l. si putator, eod.

¶ Considerabimus t ergo in hac legis Aquiliae questione, primum an damnum datum sit: deinceps in qua re datum, non corpus lesum, vel alla res inanimata: postremo an damnum iniuria, vel contra quam liceret, datum sit. Damnum consistit datum esse si diminuta per mortem res sit, vel fuerit deterior redditus: puta, si quis seruum vulnerauerit, aut pecudem, si flum quid fuerit, ruptum, aut si inquinatum fuerit vestimentum. §. capite seruo, de leg. Aquil. ap. Iust. d. l. si seruus seruum, 27 §. capite seruo, & §. si quis iniuriam, eo. si domum incendit, l. 2. C. eo si quis meas, quae ad vas inuolauerit, vsteris, d. l. si seruus seruum, §. si cum apes. si quis aliquid pecus in suo deprehenderit, subigendo damnum dederit. l. Quir. Mutius, 29. §. l. §. eod. si boues alie in angustum redegit, quo factum est, ut dederentur. l. si boues, 54. eo. ¶ Pro tertia parte hominis libero lesi non datur Aquilia, quod si liberum corpus non recipiat estimationem, nisi quod pertinet ad impensas circa curam damni factas, repetendas, vel si de operis agatur ex damno cessantibus, vel amissis refarciendis. lex hac actione, si quad. paup. fac. dis. lib. 9. P. et. 1. ¶ Subinde t res tibi occurrent, num animatae, vel inanimatae, libet, vel seruus, si damnum in facto sit, vel sine eo: nam si sine factis sit, cessare iudicabis, ut paulo ante moui, Aquiliam. Vt si colluam meam maturam decerpseris, vel segetem maturam defeceris, vel salicetum, vel seruum meum castraueris, & si feceris pretiosorem. Nam in his & similibus cessante Aquilia, datur pro iniuria actio, vel si libata re datur furti actio, vel condictio. d. l. si seruus seruum, §. si soluiam, & §. si puerum.

¶ Consideramus t vna hic a quo procedit damni datio, ut si teneatur, qui dedit, qui iussit dari, qui consensit, l. liber homo, 37. §. l. 4. §. l. qui occidit, ad leg. Aquil. P. l. seruus, de act. P. l. non videtur, §. qui iussit, & l. si damnum, de reg. iur. P. qui scit & non prohibet cum possit, damnum dari, & qui est in leuissima culpa. l. in lego Aquilia, in 2. 35. §. l. scientiam, 46. ad leg. Aquil. P.

¶ Porro, t ut iactans num iniuria damnum datum sit: & negotium ditoriamus; perpendimus, num iure permittere damnum datum sit: quia tunc nulla iniuria, nullave poena facti sequitur. l. 3. eo. P. l. Gracibus, ad leg. Iul. de adul. P. Nemo. n. damnum, facti, nisi is q. facit cuius faciendi us non habet. Pau. l. nero, 164. de reg. iur. P.

Sic iuris publici executio iniuriam non habet. *l. iniuriamum. §. is qui* *§. §. de iur. P. l. quema modum. §. si quid tamen. ad leg. A-*
quil. P. Et qui inure vel inuadentem occidit, non tenetur, vim vi
repellendo. l. 4. §. scientiam. 46. §. qui cum aliter. eod. tit. P. Nec
quidam nouum alienis, vt sua conseruet, dederit, l. si quis fur, §. 1.
quod dicitur, eod. tit. l. 3. §. quod ait prator, de incend. rui. §. nau. P. l.
si alius fecerit, §. est. §. alia exceptio, quod videtur clā. P. vt si defen-
dendo a cane, eum necauerit. l. si quis se vindicando, §. seq. de dam.
 11 *in via dato, lib. 1. leg. Langobard. ¶ In iura factum etiam dicitur,*
quod per imperitiam, que culpe annuatur, datum est damnum:
veluti si medicus imperite seruum secuit, & is moriatur. §. prater-
ea, de lege Aquil. apud Iust. Si seruus mulos affectauerit tractare,
quod per impotentiam vel imperitiam non potuit retinere. in l.
idem iuris, ad leg. Aquil. P. Simpetu quog, eod. tit. ap. Iust. Imperi-
tia, na que affinis culpe est, & pro culpa etiam habetur. l. imperi-
tia, de reg. iur. P. l. si quis fundum §. Celsus. §. si quis vitulos, de dona.
 12 *Plutor quog, §. in de sus. tit. P. l. qua actione, ad leg. Aquil. ¶ Ex*
culpa autem damnum datum, & ad hanc Aquil. actionem per-
tinere placuit, l. si putator, 3. ad leg. Aquil. P. similis l. 3. de damnis
arbor. lib. 8. C. leg. Wifigot. tit. 4. vt si quando nimium facies præ-
ceptor in discipulos, ledat ipsos, quamquam iniuriandi animo non
fecerit. Vlpianus, in leg. sed §. si quemcumq, §. §. in. §. leg. sequent.
ad le. Aqu. P. Accedit & his nimia negligentia, l. datus, in si de offi-
praesid. si modo is, qui hac de re prouocatur, iudicium animi ha-
beat. Nec enim furiosus culpam in damno dato habet, qui fur-
mentis non est, d. l. sed est, si si igitur, neque in eum villa actio de
 13 *hoc instituenda est, l. quod in infans, de rei vindica. in P. ¶ Finis ¶ I-*
us legis Aquiliae, & partes iudicis in eo versantur, quod iuri iudi-
cationi præest, est imet damnum contra eos qd damnum de dedisse con-
fiteretur vel conuincatur, Vlpianus l. pinda si occisus est, §. 2. si. §. l. p. ut
enim, 26. ad leg. Aquil. P. Estimatio facta iuxta communem re-
rum pretium, non secundum affectionem, vel habita ratione eius
quod singulariter interest. l. si seruum meum, eod. Proditæ sunt ac-
tionones eius rei causa triplices. Iustinus in §. fin. de leg. Aquil. quas ex-
plicat Theophilus in §. fin. eiusd. tit. in suis Institutis. Nempe proprie
Aquila directa, quando corpore, nostro corpore damnum datum
est: vt si seruum occidit, vel precipitatis meis manibus, signo vel a-
lio instrumento. Alia utilis, si alio modo corpus læsum est: quia
seruum vel pecus inclusi, fame enecatam est: si pecus egerim, &
sepe precipitauerit: si seruo alieno peruersero vt in puteum de-
scenderet, & se precipitaret. l. dolo malo, §. si §. l. §. de ser. corru.
P. Tertia, in factu subsidiaria, quando neq; corpus læsit corpus,
sed alio modo damnum datum est: vt si soluerim seruum misericordia
ductus, qui aufugerit. l. si seruum, §. fin. ad le. Aquil. quia actionum,
de præ. verb. Quarum duæ postrema, vtilis, & in factum, tunc dan-
tur ex æquitate, quando ex verbis & calibus expressis per legem
Aquiliam directa dari nequit. Dantur & extensione mentis eius-
dem non modo vere dominis, sed etiam aliis, vt usufructuariis, fructua-
riis, non etiam commendataris. Liemus Mela, §. sed si seruus, §. l. si
dominus, ad leg. Aquil. Duobus tamen concurrentibus per has ac-
tionones ad estimationem damni peruenitur, si constet damnum da-
tum, & si constet eum, qui conuenitur damnum dedisse, vel dari ius-
sisse. l. inde Neratius, cum seq. eo. P. Sed aduersus conuictentem agi-
 14 *tur in simpli, aduersus iusticiantem in duplum, Vlpianus l. inde Nerat.*
23 §. hac actio, eo. si. C. eo. l. doli verbum, §. §. hac actio, de ser. corru. P.
¶ In §. legibus Georgicis iustitiam, in l. 3. de armen. ar. lib. leg.
Georg. tit. 5. leges sunt de damnis datis ab animalibus re sciendis.
Vna èν ἀλαλαξίς βῆν λαβὼν ἀπὸ γαργυρῆ ἢ ὠιδὸν καὶ χροειδῆ ἢ βῆς ἢ ἀνί-
δους τῶν βῶν καὶ ἀπελθὼν εἰς ἀλδήν ἢ γροειδαίου ἢ εἰς ἀμπέλου καὶ πρῶ-
δου πρῶτον, τὴν μὲν πρῶτον δίδωτο πᾶσαν ἢ ἀγρᾶδεσθῆ, ἢ §. μισο ἀπὸ μὴ
σεῖδη, id est, si: bos armatus mane a domino pasendus traditus, a
reliquo armato separatus, in sata vel vineas dgressus fuerit, damnum
 15 *fecerit, damnum factum præstato armentarius, non tamen mercede sua*
præstator. ¶ Et ¶ rursum statuitur, eod. lib. tit. 6. πρὸς πρῶτον ἑσθῶν l. 2.
¶ Qui alienum pecus in agro suo aliquid depascens inuenit, neq; include-
re id, nec vehementius agere debet, sed vt proprium tractare: habet e-
nim actionem contra dominum pro recuperatione damni, quod veri-
similiter accepit. Prohibetur etiam lædere, vel mutilare animal in
suo depascens inuentum: alioquin reddedam bonum simile do-
mino. l. 1. 2. 7. 8. eod. tit. Placuit tamen eidem. l. 4. eod. tit. εἰ τις ἐνρη
χέσθῃ ἐν πελάγει ἢ ἀσθεῖον ἢ κύνων, ἀσθεῖον αὐτὸ ἐν πελάγει τῶν κύνων
εἴη αὐτῶ, εἴη ἐν δουτέρῃ τῆτο ποιήσας, καὶ ἀσθεῖον καὶ ἀσθεῖον, καὶ
εἰ ἐνρη αὐτὸν ἐν ταῖσι, καὶ ἐν πελάγει ἢ τὸς ἐσθῶν, ἀνέσθῃτο ἑσθῶν. id est,
si quis porcum, vel ouem, vel canem in pasperieprehenderit, red-
dideritque prima vice domino suo: deinde id rursum fecerit, ac canem

restitutione bestia de pasperie denunciauerit: si tertio inuenit, si vel
 iaculis cõfecerit, vel cauda mutilauerit, indennis esto. Et iterum, in
 dd ll. Georgicis, tit. 7. πρὸς ἑπιλάς, de damno, l. 3. similit. l. 2. tit. de
 damnis animalium, lib. 8. C. leg. Wifigot. tit. 4. ὁ ἑσθῶν ἀδίκως ἐν
 ἀλλοτρίῳ γῆν ἔρηματον, τὸ ἀκρίστον ἰπὸς ἐστὶν τῶν δειλῶν, id est,
 qui nullo iure armenta in alieno pascit, Aquilia tenetur: id est, in du-
 plum. Alia, d. libr. leg. Georgic. tit. 8. πρὸς ἑσθῶν ἑσθῶν, de codib. ani-
 mal. l. 5. ἐὰν τις ἐσθῶν ἰπὸν ἀπὸν ἐν κρημνῶν τῶν κρημνῶν, καὶ ἔμπεδον ἐν ἀμῶ
 κῶν, ἢ γῆν ἢ ἀποδᾶνν ἀζήσῃτο ἑσθῶν ἢ ἰπὸν ἀπὸν κρημνῶν, id est, si quis
 fructuum seruandorum tempore iendicibus collocarit, inque eas canis
 vel porcus delapsus perierit, dominus earum extra noxiam esto.
 ¶ In §. legibus Langobardorum, idem apud Gothos, l. 1. 3. §. 15. 16
 de dam. arbor. lib. 8. C. leg. Wifigot. tit. 4. si in damno faciendo depre-
 henditur non aliter, l. 16. in legib. Langob. lib. 1. tit. de eo qui pecul. in
 damno inuenit, l. 1. inueniens animal damnum faciens, potest in-
 cludere, & postea ad iudicem ducere, vel ante ecclesiam, vt cog-
 noscat cuius sit, si ignorat, et si non inueniat dominum, potest si-
 bi pro damno referuare. Item, l. 2. eod. tit. potest qui cepit retine-
 re per decem dies, donec ei de damno satisfiat, & per nonem dies
 ac noctes tenetur tantum dare aquam pecori veliuntum, & si
 peccat sit damno domini non redimentis. Item, l. 3. §. fin. eod. si
 quis inuenit decem porcos alienos, in suo depascens, potest v-
 num occidere. Porro retentio, non celandi animo fieri debet, sed
 retinendi, donec satisfactum sit: alioquin qui pecus alienum con-
 cludit, retinet, & celat, puniendus est, l. quamuis, 40. ad leg. A-
 quil. P.
 ¶ Sic ¶ & in lege Salica, in leg. Salic. tit. eo. §. 3. Si quis in messe sua
 17 *pecora aliena, que pastorem non habent, inuenit, & ea inclusit, vt*
nulli penitus innotescant, & aliqua ex ipsis perierint, 1400. denar.
qui faciunt 35. solid. culpabilis iudicetur, exceptio capitale & dela-
tura. At alia iustum lege, §. 7. eiusdem tit. 10. eum, cuius pecora
conclusa fuerunt, damnum datum restituere, & vltra decem den-
arios. Quod si per superbiam aut per inimicitiam sepem alien-
nam reperit, vel in messem, vel pratium, vel aliud quiduis pecora
immiserit, conuictus testibus iubetur damnum relatare, & 1200.
denarios, qui faciunt solid. 30. Et iterum, eo. lib. leg. Salic. tit. 37. §.
 18 *2. Si quis per alienam messem, postquam leuauerit herbage, traxerit,*
aut cum carro sine via transferit, Malberg Lendaris 600. denar. qui
faciunt solid. 15. culpabilis iudicetur. ¶ In §. legibus Wifigottho-
rum, qui hortum vastat, damnum reddit & componit: aut seruus,
50. flagella excipit, lib. 8. C. Wifigot. l. 2. tit. 4. Qui sepem incidit
vel incenderit, sepem reparat, damnum relaciat & componat:
si seruus centum flagella sustineat. l. 6. eod. tit. Qui in messem al-
terius caballum, bouem immiserit, soluat damnum & compo-
nat, si maior sit psona: si minor, vltra 40 flagella sustineat. l. 10. eo.

De Serno corrupto. Cap. 10.

Lib. II. Tit. 3. Lib. 6. C. tit. 2.

- 1 Corrupti serui actio quid continet.
- 2 De seruo corrupto duplex actio, directa & utilis, & quando da-
- 3 tur.
- 4 Serui corrupti actio in duplum.
- 5 Ob mores vitiatos dari iudicia & inter esse nostra, animos libero-
- 6 rum non corrupti. §. 7.
- 7 Serui corrupti actionis finis.
- 8 Aquila, & serui corrupti distinctio.

Superiorum tractationi de seruo iniuria lēso, & eius damno, pro-
 xima & illa est, que de seruo corrupto: quod videlicet seruus
 non in corpore, sed in animo læditur. Fit namque malis persua-
 sionibus, malisque consiliis deterior. Et proinde qui dolo malo ei
 quippiam facere persuasit, quo malus vel peior fiat, qui ad id il-
 lum sollicitat, vel hortatur, laudatue malum iam aggredietem, qui
 persuadet, vt amatot sit, fur, iniuriosus, seditiosus, vt vacet specta-
 culis, rationes dominicas interficiat, luxuriosus sit, dominum
 contemnata, actione de seruo corrupto conueniri potest. Vlpianus, l. 1. §.
 fin. §. Paul. in l. 2. de ser. corru. P. l. corruptum, 1. 5. eod. l. 4. de furt. C.
 Et in summa ait prætor, Qui seruum seruauit, alienum alienam ve
 recepisse, persuasisset, quia et dicere dolo malo, quo enim eum ve
 riorer faceret, §. 1. de ser. corru. P. Recepisse autem, inquit Vlpia-
 nus, d. l. §. quod autem prator ait, ita accepimus, si suscepit seruum
 alienum ad se. Et est proprie recipere, refugium abscondendi causa
 seruo præstare, vel in suo agro, vel in alieno loco adficiove.
 ¶ Duplex ¶ hæc actio, directa, & utilis. Directa datur pro ser-
 2 *uo homine tantum corrupto, seu vitioso reddito. At utilis agimus*
ob filium, corruptum, exemplo serui corrupti, l. vt tantum ve-



rias. §. 1. eod. quarant magis delinquat, qui liberum putat cor-
 rumpere. *L. doli verbum*. §. si quis dolo malo, eo. Officio iudicis æsti-
 matione facta quanti interet actoris, ratione commodi amissi ex
 operis. *L. qua actione, ad leg. Aquil. P. l. ex hac actione*, si quadrup. pau.
 3 *fec. dic. P.* Et q; actio hæc in duplum, quanti erit seruus dum
 corruptus fuit, *L. in prim. & l. doli verbum*. §. hæc actio. §. si. & *l. seg.*
de ser. corr. P. hoc est, quanto minoris vendi possit. *L. si quis seruus*,
 6. §. *sin. eo.* quod & solet officio iudicis expediri, *d. l. ut tantum*, 14. §.
 æstimatione, eo. tit. Veniuntque & cum eodem æst. mandæ res, quas
 secum tuac seruus corruptus abstulit: non autem quas postea fura-
 ratus est. *Paul. in l. in hoc iudicium*, 10. & *Vlp. in l. Neratius*, 11. eod.
 4 §. Sunt & aliæ actiones, criminalesq; accusationes, quæ pro mor-
 nibus vitiatæ & corruptis dari solent, sed illæ aliam formulam a-
 liamq; finem habent, & extraordinarium crimen: vt si quis pu-
 dicitiam sollicitauerit alicuius mulieris, *L. de extra. crim. P.* si do-
 mum etiam amicis aliius quis dederit ad compositionem adul-
 terii, *l. celsi amicis*, & *l. qui domum*, ad leg. *Iul. de adult.* si poculum a-
 matotium portigat, *Paul. l. si quis aliquid*. §. qui abortio. *de pæ. P.*
 13. §. *sed ex Senatusconsulto*, ad leg. *Corn. de sicar.* si lenocinium ex-
 erceat, *tit. de lenonib.* & sic de similibus, quæ ad hæc de seruo cor-
 rupto pertinere videntur actionem, sed nihilominus alibi reci-
 3 piant singularem tractationem. §. Sunt & autem inspicienda æ-
 ctiones, prout alicuius sunt particularis naturæ, & habita ratione
 finis, propter quem distinctæ sunt. Finis autem hic potissimus æ-
 ctionis huius, vt quis consequatur damnum, aut eius æstimatione-
 nem, in quantum pauperior: factus dicitur, & quanti ea res erit, vt
 6 diximus in duplum. *L. 1. de seruo corrupti. P.* §. Grauiorq; pœnalis ei-
 us causâ, quam actionis legis Aquiliæ. Quemadmodum maius est
 vitare & corrumpere animam, quam corpus: nobilior enim
 pars & præstantior in homine anima. *L. sancimus, de sacrosan. e. col. C.*
 Quare hæc actio etiam aduersus fatentem in duplum est, quamuis
 Aquilia insipientem duntaxat coercet, *l. doli verbum*, §. hæc æ-
 ctio etiam, de seruo corrupti. *P. l. unde Neratius*, *l. hæc actio ad leg. Aquil.*
 quia turpis hæc actio est & famosa, vt ait Paulus, *in l. ne quisquam*,
 57. pro *fec. P.* Et proinde datur quidem hereditibus in quantum & da-
 mam passi, sed non in heredes corrumpentis, quod pœnalis sit.
l. hæc actio, 13. de ser. corr. *l. in honorariis, de act. P.*

7 *Rationem* & causam istius actionis Paulus his verbis ex-
 primit, *l. ut tantum*, 14. §. 1. de seruo corrupti. *P.* De seruo filio vestram cor-
 ruptis huic edicto locus non est. Quæ serui corrupti constituta hæc
 actio est, qui in patrimonio nostro esset: & pauperiorem se factum esse
 dominus probare potest. dignitate & fama domus integra manente
 ei. Sed vtilis competit, officio iudicis æstimatione: quoniam interest
 nostra animam liberorum non corrumpi.

Denoxialis actionibus. Cap. 11.

Lib. 4. Instit. tit. 8.
 Lib. 9. P. tit. 14.
 Lib. 3. C. tit. 41.

- 1 Noxalis actio Aquilia, & de seruo corrupto differentia pro quo
 datur, noxa & noxia quid, & eius species, 2. 3. 4. 5. 7.
- 6 Noxalis actio quando extinguatur, qui ea agant, & contra quos:
 & dictæ actiones a quibus constituta, & rationes earum, & quod
 noxa caput sequatur, & num. 8. 9. 10. 11.
- 10 Dominus quando pro noxa vel ultra teneatur serui vel animalis
 sui nomine.

1 *Superiores* & actiones competunt, quando damnum datum est
 seruis vel quadrupedibus, vel aliis rebus nostris. Noxalis autē
 actio, quando conuenimur propter maleficium vel noxiam ser-
 uorum nostrorum, sine iussu nostro aut scientia, aut contra pro-
 hibitionem nostram delinquentium. §. 1. de noxa. act. Delictum
 2 omne noxa dici potest. *L. 1. si aduer. del. C.* Et si noxa delinquens:
 noxia delictum apud Iustinianum, *d. §. 1. de noxa. act. l. si quadr. pau.*
fec. dic. P. Sicq; apud Festum Pompeium. Noxa ponitur pro peccato,
 aut pro peccati pena, cum lex iubet noxa dedere pro peccato. Et ite-
 rum, Noxia apud antiquos damnum significat, sed apertis ponitur pro
 culpa. Et in legibus Cicero eam addit, *Quod quis earum rerum*
 3 *migrasset, noxa pena par esto.* Et si noxa dedere est animal trade-
 re viuum demum, vt notat Vlpianus, *in l. 1. §. noxa, si quadrup. pau.*
fec. dic. P. Idcirco tot erunt noxiæ species, quod peccatorum aut
 culpæ. Verum hic non ita patet actio noxalis, neque de omni-
 bus criminibus, neque pro omnibus personis peccantibus datur:
 sed pro certis.

4 *Itaq;* & locum habet tantum, quando priuatum maleficium,
 ex quo alteri damnum datum est refarciendum pecunia, commisit

seruus, *l. quid sit*, 17. §. quod animus de edit. edit. *P.* Nam pro publico
 commisso, ex quo pena publica imponenda sit, non sufficit dedi-
 tio, aut vlla æstimatio fiet litis, sed pœnæ legitimæ seruis subici-
 tur. *L. 4. §. fin. de nox. act. C. l. 4. ad leg. Iul. de v. publ. C. l. 2. C. de accus.*
l. hos accusare, 12. eod. tit. Sic cum in illo per seruum damno, inscio
 domino, & præter eius consentum, conuentus dominus, vel cogi-
 tur defendere seruum & damnum ex integro refarcire per eum
 datum, vel eandem seruum pro noxa seu pro æstimatione litis da-
 re. Verba Cui hæc, *in l. 1. de noxa. act. in P.* Noxales actiones appel-
 lantur, quæ non ex contractu sed ex noxia atque maleficio seruum
 aduersum nos instituntur. Quarum actionum vis & potestas hæc
 est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditio corporis quod dæ-
 querit, evitare æstimationem.

¶ Pro maleficiis quæque filiorum familias, olim noxales acti-
 ones datas fuisse in patres, sed noua hominum cōuersatione sub-
 larum tradit Iustinianus, §. *sed veteres*, eo. apud Iustin. quia & vitæ
 necesse & libertatis potestas, quæ concedebatur in filios paren-
 tibus, adempta fuit, *l. fin. C. de pat. pot. §. 2. de iis qui sunt sui vel alien.*
iur. Neque si filius familias damnum dederit, pater pro eo com-
 demnandus erit, *rubr. ne filius pro pat. C. nisi de peculo profectio.*
 tit. si illum non defendere. *Iul. in l. quoties enim*, 34. *Vlp. in l. §. si*
condemnatus, 33. de noxa. act. *P. licet*. §. ex furtiua causa, de pecu. *P.*
 Sed neque ex liberi hominis maleficio dominum cui delinquens
 bona fide seruit, conueniri posse hæc actione recte constitutum
 est: sed indistincte in illum, qui deliquit, dandam actionem. *Pom.*
pon. in l. noxalis iudicio, 35. de noxa. act. *P. in confessionibus*, §. *fin. & l.*
si de in iero. act. P. Et proinde extinguitur actio noxalis li-
 berato seruo a potestate dominica, & reuocatur, si liber, qui da-
 mnum dederit, in potestatem alicuius redierit, & semper domi-
 num sequitur: idque est, quod dicitur: *Omnis noxalis actio caput*
sequitur. *S. omnis autem, de noxa. act. l. quod dicitur*, 18. de fur. *P. l. §.*
14. de pos. P. l. qui ex plurib. 10. & l. fin. de noxal. act. Et mortuo ser-
 uo extinguitur, *l. si ad libertatem, eo. P.* vel si seruum dominus ha-
 beat pro derelicto, *Vlp. in l. quemadmodum*, 38. §. 1. eod. *P.* Quia qui
 pro derelicto habet, dominus esse definit. *l. 1. & 2. pro derel. P. l. §.*
seruus, de stip. seru. §. Competit & noxalis actio, non tantum pro
 damnis datis a seruis, sed etiam pro datis ab aliis animalibus ratio-
 ne carentibus, & pro inanimatis, quæ damnum dederint: quibus
 obligatur dominus, vel damnum refarcire, vel rem pro damno
 tradere. *l. pretor ait*, 7. §. hoc edictum, & *l. hoc amplius*, 9. de dam. su-
 fe. *P. l. 1. si quadr. pau. fec. dic. P.*

¶ Agunt & hæc actione, quibus damnum datum est, contra do-
 minum serui vel animalis, vel alterius rei damnum dantis, aliquo
 titulo possidentem, imo contra a malefidei possessorem, *l. bonefi-*
dei, 11. & *l. non solum*, 13. de nox. act. *P.* ne melioris conditionis fiat
 stulti quam periti, mali quam boni. *l. seruus, quod vi aut clam. P.*
 Non tamen agitur pro noxa, contra possidentem nomine deposti-
 ti, vel commodati, *l. si seruus depositus, de nox. act. P.* quia non com-
 modatarius, sed qui commodauit, vel commodatæ dominus &
 possessor remanet. *l. nemo, commo. P.* Et si qui deposuit, rei de-
 positæ, *l. licet, de po. P.* Formula porro hæc legum sequenda est, quæ
 cum distinctione noxæ deditioem concedunt, & damnum pati-
 entem hæc deditioe certis ex causis contētum esse iubent. *Sunt*
enim, vt ait Iustinianus, constituta noxales actiones, aut legibus, aut
 edicto prætoris. *Legibus*, veluti furti ex lege 12. tabul. damni, iniuria,
 ex lege Aquilia. *Edicto prætoris*, veluti iniuriarum, & vi bonorum
 raptorum. ¶ Inquirunt & autem iura, num dominus iusserit, vel no-
 9 prohibuerit damnum fieri cum posset, an omnino ignorauerit.
 Si quidem si ex voluntate domini damnum per seruum vel ani-
 mal datum sit, & cum posset prohibere non prohibuerit, litis
 æstimationem ex integro solidi damni soluere debet, nec libera-
 tur noxæ deditioe, *l. 2. & 3. de noxa. act. P.* contra, si nesciat vel
 non consentiat. Cuius diuersitatis ratio, quia seruis ignoratis
 domini, deteriorum conditionem facere non potest pacificendo
 aut contrahendo. *l. seruus tuus, de po. P. l. si seruus legatus*, §. 1. de le. 1.
 l. quanto magis. & *l. si seruus, de iureiu. 3. C. de pati.* Si vero sciuerit,
 videtur ipse quod seruus fecit, per seruum fecisse, *l. 2. de noxa. act.*
P. Nec velle creditur, qui obsecutus est alienæ voluntati. *l. vult*
non creditur, & *l. non videtur nolle, de reg. iur. l. si seruus, de act. P.* Ne-
 que secundo æquū esset, aliena delicta in infantes transire & vin-
 dicari. *l. si seruus communis*, §. quod vero, de fur. *P. l. erimen patenti*,
 de pen. *P. l. sancimus*, C. eod. Et iniquum postremo loco visum est,
 nequitiam seruorum ultra illorum corpora dominis damnosam
 esse, §. 1. de noxal. actio. Quod si plurimum dominorum sit vnus
 seruus, qui damnum dederit, si omnes ignorauerint, quilibet
 certe

certe eorum in solidum conueniri poterit: sed si noxæ deditus sit seruus, omnes liberabuntur. *Vlpianus in l. si seruus communis, §. eod. P.* Si vero quidam illorum scierint eum delinquere, alii nescierint: tunc si conueniantur qui nesciebant, & noxæ dederint seruum, qui sciebant noxæ deditioe non liberabuntur vilissimi serui, sed agetur contra eos pro damni quod amplius est prosecutione, cõputato pretio hominis dediti: nec tenebuntur condominii scientibus aliquam partem pretii refarcire, cum ex fito delicto damnũ patiantur. *Paulus in l. ex duobus, 17. eod.* Et si scientes conueniantur prius & condemnentur, a nescientibus partem consequi non poterunt. *l. si communis familia, §. eod. Marc. in l. si familia, §. si fami. fur. fec. dic. P.* Et si plures serui vnius domini damnũ vel furtũ fecerint, tunc in electione domini est, vel omnes dedere, vel rãtum offerre, quãtum si vnus liber furtũ fecisset, & ita retinere familiam suam. *Vlpianus in l. i. eo. l. si familia, de iuris. omn. ind. P. Paulus in l. quod ait prator, 31. de noxã. act. P.* Semper tamẽ dominus ex noxia vltra deditioem noxæ, etiam ignorans, teneatur in quantum ad eum ex dãno peruenit, puta ex rapina vel furto. *l. si seruus ignorans, 4. C. eo. l. si familia, de vi & vi arm. P. l. licet, §. ex furtiua causa, de pecunio.* Nam generaliter receptum est, vt si quis ex delicto etiam alieno teneatur, in quantum ex eo ad illam peruenit: ne alieno scelere dicitur. *l. i. ex del. def. in quan. hered. lib. 4. C. tit. 17.* Vt & turpia lucra ab heredibus extorquenda sunt. *in l. in heredem, de calumniatio. P. l. videamus, quod met. caus. P.* Quod si seruus vnius domini pluribus damnũ dederit, & a pluribus dominus conueaietur: sed is qui primus vicerit sententia, & cui noxæ deditus fuerit seruus, pferatur ceteris: & aliis, qui postea vicerint, denegatur actio iudicati, liberaturq; dominus ab omnib. *Vlpianus in l. si quis a multis conueniatur, 14. de noxã. act. P.* Verũ tamen si communem causam habent, quib. damnũ datum est, noxæ deditio inter illos communicabitur. *Paulus in l. si in re communi, 19. eo.* At si seruus domini noxiam commiserit, actio nulla nascitur: nec inter dominũ & seruũ vlla obligatio nasci potest. Et proinde si alienus seruus, qui tibi noxiam commiserit, caperit esse in tua potestate, interdidit actio: quia in eum casum deducta sit, in quo consistere nõ potest. *§. si seruus domino, cum similib. ibi nota. eo. d. l. quia, 16. ad l. Aquil. l. 3. de his qui pro non scrip. hab. §. Si autem seruus, cuius nomine conueniri poterat dominus, manifestus fuerit, desinit competere noxalis actio contra antiquum dominũ, quæ obliqua est, & incipit cõpetere directa contra manũ missũ, vt ex diverso quoque directa actio, quæ competit contra liberũ hominẽ damnũ committentem, incipit esse noxalis, si is seruus fiat. §. omnis autem, de noxã. actio.*

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

CAP. 12.

Lib. 4. Institut. 9. Lib. 9. P. tit. 1.

- 1 Quadrupes, animalia qua continent.
 - 2 Pauperies quid.
 - 3 Præda quid, & quomodo a manubiis differat.
 - 4 Actionum de pastu pecoris, de pauperie, & Aquilæ differentia.
 - 5 Actio de pauperie quid contineat. Quando cesset & detur. A quo instituitur. & contra quem, directa vtilisque quæ, ad quid dirigitur, eius extinctio & quamdiu durat, 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19.
 - 15 Pauperies iure Pontificio, diuino, & legibus Salicis, & Wisigothorum, vt refarcitur, & nu. 16. 17. & 18.
- Inter actiones noxales ponitur hæc: Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. *l. si quadr. paup. fec. dic. l. i. in prin. §. & cum etiam. eo. tit. P.* Quadrupedum nomine quidam maiora animalia, pecudum autem maiora significari norant. Quod Caius Iurif. consultus explicat. *in l. 2. ad leg. Aquil.* Accursius tamen quadrupedia eadem esse ac pecudes putat. *in d. l. 2. ad verb. vel pecudem.* Sed prior sententia ad proprietatem pertinet fermõnis, secunda ad mentem legis: propter quam quæ de pecudibus damnũ dãtib. statuta sunt, eadem ratione & in quadrupedibus aliis, & bipedibus, & anibus, quæ damnũ dant locum obtineant, vt explicat Vlpianus, *in l. quemadmodum, 39. §. hac actione, ad leg. Aquil.*
2. P. Pauperiem t̄ vocant Iurif. consulti, damnũ sine iniuriandi animo facientis datum: hoc est, ab animali datum, quod non potest dici iniuriam fecisse, quia sensu, id est, anima rationali caret. *§. l. si quadr. paup. fec. dic. l. i. §. eo. P.* Vt pauperie liceat hic simpliciter intelligere, solum damnũ, paupertatem, quæ pauperies dicitur ab Horatio, *l. epist. fol.*

*Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.*
Et alibi, *idem 3. Car. ode 24.*
*Magnum pauperies opprobrium, inbet
Quiduis & facere & pati,
Vt utiq; viam deserat arane.*
Et apud Vugiliũ, *6. Æneid.*

— quam vellent aethere in alto.

Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.

¶ Vocatur t̄ apud Iustinianum in legibus Georgicis, *in l. i. Geor. §. tit. 6.* *πείρησις τῶν*, pauperies, Græce *πείρησις*. Sed non memini me legisse hoc nomen apud alium auctorem Græcum, sed tantum *πειρη*. Distinguit tamen & idem a damno: nam ibidem, alium titulum subnectit, *πείρη τις* *Quis*, de damno. *d. l. tit. 7.* Vt mihi videatur Iustinianus prædam dixisse, rem ipsam decerptam vel vastatam ab animalibus, cuius nomine de pauperie agitur. Vt & apud Aul. Gellium *lib. 13. c. 23.* legimus, differentiam inter prædam & manubias, his verbis: *Nam præda dicitur, corpora ipsa rerũ qua capti sunt: Manubias vero appellatae sunt, pecunia a qua store ex venditione præda redacta.* Duplex est actio de pauperie, directa, & vtilis, de damno dato ab animalibus & de pastu. Sicque Iulius Paul. ait, *lib. 1. recept. sentent. tit. 15. c. 1.* *Si quadrupes pauperiem fecerit, damnũ uel dederit, quid uel depastum est, in dominum actio datur, &c.*

¶ Et t̄ Vlpianus, distinguere videtur, *in l. qui seruandorum, §. si. de 4. præf. verb.* inter actiones de pastu pecoris ex lege duodecim tabularum, de pauperie, & damni iniuria commisi. Verum de pastu pecoris eam dicit, si suis pecoribus quis in fundo alieno glandem alienam depascatur per immisionem, *idem in leg. si. ad leg. Aquil. C.* Accursius autem de pauperie similem facit, si sine immisione mea, pecudes meæ aliena depascantur. *in d. l. qui seruandorum, §. si. ad verba, de pastu.* ¶ De t̄ quibus tractet hæc actio, his verbis tradit Iustinianus, *in §. 1. de noxã. actio. post Vlpian. in l. i. eo. tit. P. Animalium nomine qua ratione carent, si quidem lasciuia, aut feruore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege 12. tab. prodita est.* Et paulo post, *Hæc autem actio in his, qua contra naturam mouentur, locum habet: ut puta si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus petierit. Ceterum si genitalis sit feritas, cessat actio.* Deniq; *si vnus fugerit a domino, & sic nocuit, non potest quondam dominus conueniri: quia desit dominus esse, ubi fera euasit.* ¶ Cessat t̄ itaque de pauperie actio, si natura animal ferum nocuerit, nec ex eo capite arguitur qui possidebat, cum deserit possidere post fugam, qua fera se in pristinam vindicauit libertatem, vt nullius censetur, *l. Pomponius, de acq. rer. dom. 3. §. Nerva, de acqui. poss. P. §. fera, de rer. diuis.* Ceterum aliunde damnandi sunt pro modo admissi extra ordinẽ, qui feras huiusmodi, quæ nocere possunt, circumferunt propter temeritatem & culpam: vt & in circulatoribus, qui serpentes circumferunt & proponunt, animaduertitur, si cui ob eorum metum damnũ datum sit, *l. fin. de extraord. crimi. lib. 47. P. tit. 11.* & in edicto Edilium Curulium cautum: *Ne quis canem, uerrem, uel minorem aprum, lupum, uel sum, pantheram, leonẽ, & generaliter aliud uel quod noceret animal, sine soluta ea sint, sine alligata, aut contineri vinculis quominus damnũ ferre non possint, qua uulgo ter si, ita habuisse uelit, ut cuiquam nocere, damnũ uel adferre possint: si aduersum ea factum erit, & liber homo ex ea perierit, solids ducenti prestabuntur. Si nocitum libero homini esse dicitur, quantum a equum bonumq; esse iudici uidebitur, condemnabitur: ceterarum rerum quantum damnũ datum factum uel sit, dupli. Vlpianus in l. hi enim, 40. §. l. qua uulgo, 42. Paulus in l. generaliter, 41. de del. edic. in P. §. ceterarum, si quãd. pau. fec. dic. P. Iulius Paulus, lib. 1. recept. sent. lib. 15. c. 2.* ¶ De t̄ cane & Solone cauerat, vt est apud Plutarchum in eius uita. Plato uero de eo, & iumento, & equo in hæc uerba statuit, *lib. 11. de legib.* Si iumentum aut equus, aut canis, aut domesticum animal proximi rem attruerit, animalis dominus similiter damnũ restituat. ¶ Proditã t̄ hæc actio idcirco a lege 12. tab. bul. legitima dicitur, & alia aliis quoq; legibus cõstituta illa porro quæ ab edilitio edicto nascitur edilitia, qua securitas itinertibus paratur ab harum ferarum damnis, & damna facta refarcuntur. *l. adiles, de uia publ. lib. 43. P. tit. 10.* Summa cum utilitate id prætorẽ edixisse nemo est qui negat: publice enim uile est sine metu & periculo per itinera a commẽari. *l. i. §. summa, de us. qui doct. uel esse uel. lib. 9. P. tit. 3.*

¶ Instituitur t̄ actio de pauperie ab eo qui damnũ passus est, uel liberarum personarum læsarum nomine, *l. si quadr. paup. fec. dic. P.* contra dominum feræ uel animalis cum temperamento distinctionis, num fera te ipsa commouerit nullo alio impellente:

an vero si alterius impulsu, vel concitatione, vel culpa. Nam in primo casu si seipsum commoueat animal, lasciuia vel furore, datur actio de pauperie, si modo quadrupes damnum dederit. *d. l. 3. vtilis vero, si aliud animal, quam quadrupes damnum dederit. l. pe. eod. puta bipes vel alatum.* In alio casu, si aliunde concitatum sit animal & nocuerit, ad aliam actionem transitum faciemus. Nam si culpa alicuius vel instigatione pauperiem fecit, agatur aduersus eundem actione vtili vel in factum ex lege Aquilia. *l. 1. §. quod si propter, eod. l. qui occidit, §. in hac. §. l. qua actione, §. si quis plus insto, ad leg. Aquil. P. non, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.* Et si qui damnum passus est, ipse feram concitauerit, sibi imputare debet, nec vllam actionem habebit. *ful. Paul. lib. 1. recept. sent. tit. 15. c. fin. l. hac actio, 2. §. si si quad. paup. fec. dic.* Non secus, quam quando arietes vel boues qui se commiserunt ad pugnam, & vnus aliu occidit, si aggressor fuerit occisus, dominus occisi non agit in dominum occidentis: quamuis si aggressus necatus fuisset, eius domino daretur actio. *l. 1. §. cum arietes, eod. P. l. scientiam, 46. §. cum stramenta, ad leg. Aquil. P. §. in leg. Insti. Geor. tit. 9. Paulus addit, d. l. 2. eod. tit. hanc actionem non solum domino, sed etiam ei cuius interest, competere: veluti ei, cui res damno affecta commodata est: item fulloni, quia in eo, quod teneretur, damnum videtur pati.*

10 ¶ Contra dominum autem animalis datur directa. *l. fin. eod. tit. & contra alium etiam in factum, quando ex directa, nec i. 2. tabularum, nec lege Aquilia agi potest: vt si equus dolore concitatus, vulnerauerit aut calce percusserit, in eum, qui equum percusserit, dirigitur in factum actio subsidiaria. l. 1. §. ideo si equus, eod. tit.*

¶ Cum autem contra dominum animalis agitur, si is suam confiteatur quadrupedem, iure ciuili scripto, vel damnum soluere debet, vel animal pro noxa dedere: si vero inficiatur, in solidum tenetur. *l. §. eleganter, 7. §. si quadrupes, de dolo, l. 1. §. interdum. Estq; hic finis actionis, damni reparatio, per estimationem litis vel damni. l. 1. in princ. §. cum arietes, in fin. §. si si quad. paup. fec. dic. in P. §. 1. eod. apud Iustinia. Idem in l. 12. de damnis animalium. lib. 8. C. Wifigot. tit. 4. vel dedicationem animalis vitii nocentis, d. l. 1. §. noxa, eod. eiusque nomine si commune plurimum sit animal, aduersus singulos erit in solidum noxalis actio, sicuti est in homine. d. l. 1. §. si commune plurimum, eod. §. l. heredes, §. si vnus, famil. ercise. P. Nam & in quadrupedibus eadem caussa videtur, ac hominis ferui delinquentis: & in istis noxa quoque caput sequitur, & aduersus dominum hęc actio datur, non cuius fuerit quadrupes cum noceret, sed cuius nunc est. d. l. 1. §. cum etiam, eo. tit. §. fin. de nox. actio.*

¶ Et ideo si ante litem contestatam mortuum fuerit animal, extincta actio est. *d. l. 1. §. plane, l. pen. §. 1. de noxa. at. P. nisi vel post moram domini, vel eius dolo & culpa interierit. l. electio, §. si quem, eod. Hęc enim paria sunt & obligant, non secus quam si post litem contestatam animal interierit, quo casu etiam tenetur perinde ac si viueret. l. si plurimum §. fin. eod. maxime si post litem contestatam alius animal occiderit, cuius nomine agere dominus in eum potest, vel mandare actiones. d. l. 1. §. post litem, si quad. paup. fec. dica.*

¶ Hęc porro noxales actiones perpetue sunt, tamdiuq; locum habebunt, quādiu ferui vel animalis dedendi facultatē habemus. Nec tantum nobis, verum etiā successoribus nostris cōpetunt: item aduersus successores, sed nō quasi in successores, sed iure domitii.

l. 1. §. si. si quad. paup. fec. dic. l. pen. §. hęc actiones, de nox. at. P. §. Mouentur tamen & iudicantur, vbi delictum commissum seu noxia facta est, l. si. eo. P. iuxta regulas communes agendi de criminibus. l. 1. §. 2. Et anth. quam provincia, vbi de crim. agi oportet. Et hęc iure ciuili statuta sunt. ¶ Ceterum iure Pontificio, si biceps cornu- 15 peta damnum dederit ex præcedenti culpa domini, tenetur dominus ex integro damnum resarcire, c. si biceps, & c. fin. de iniuriis. si nulla vero culpa præcesserit, liberatur dando animal. d. c. fin. ¶ Turpe t diuino, Exod. 21. Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, 16 & mortuus fuerit lapidibus obruetur. & non comedentur carnes eius: dominus quoq; bouis innocens erit. Quod si bos cornu peta fuerit ab heri & nudisterium, & contentati sunt dominum eius, nec recluserit eum, occiderit, virum aut mulierem, bos lapidibus obruetur, & dominum eius occidit. Quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulat: filium quoq; & filiam si cornu percusserit, simis sententia subiacebit. Si feruum ancillam ve- 17 nuerit, triginta sicles argenti dabit domino, bos vero lapidibus oppri- metur. Et paulo post, si bos alienus alterius bouem vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem vitium & diuident pretium: cad- 18 dauer autem mortuum se dispartient.

¶ In lege vero Salica, tit. 29. de quadrup. que 17 hominem ledunt, §. 1. Si homo ex aliqua quadrupede domestica occi- datur, pro media parte leudi, dominus componat, & pro alio animal det: nisi pecoris vitium ante non intellexerit. ¶ In legibus 18 Wifigothorum & hęc, l. 2. de apib. & cor. damnis, lib. 3. Cod. leg. Wifigot. tit. 6. Si quis apiaria in ciuitate aut in villa forsitan constru- xerit, & alii damnum intulerit, statim moneatur, vt eas in abditis lo- cis transferre debeat, ne forte in eodem loco hominibus aut animali- bus damnum inferant. Et qui hęc præcepta aut testationem neglexe- rint, & damnum suffocationis in quadrupedes intulerint, quod mor- tuum fuerit amplum resituant, quod vero debilitatum, ille obtineat, & simile damno reddat: & pro iudicis contestatione, quam audire ne- 19 glexit, quinq; solidos coactus componat. Et alia, lex Ricardi, 16. de dam. animalium, eod. tit. 4. Qui bouem aut taurum, aut aliam qua- drupedem nocentem aut vitiosam habuerit, antequam noceat, sube- tur occidere: & si post denuntiatum vitium a vicinis non occiderit, & illud animal aliquem vulneret, vel occidat, tenetur damnum compo- nere, vt de homicidio. ¶ De canū t̄ damnis inibi & duę leges. Prior, 19 l. 19. eod. tit. & lib. in summa habet, vt si canis non irritatus a domi- no momo dedit aliqueo, nulla calumnia moueatur domino ca- nis: si autem eum irritauerit vt morderet, eadem pœna tenetur, ac si vulnus ipse in se iisset. Altera in hęc verba scripta est, d. l. 20. eo. Si cuiuslibet canis damnosus fuerit, & denasiet veru neces, & alia pe- cora forte euertet & caperet, & deprehensus fuerit: ipse dominus canis vbi ex hoc fuerit commotus, eum illi tradat, cui constat primitus 20 damnum fuisse illatum, vt eum occidat. Quod si eum occidere no- luerit, vel illi tradere cui damnum primitus fecit: quicquid postmo- dum canis admisserit, dominus canis duplum compositionem reddere non moretur. Exceptio tamen alia lege fit, in hunc modum, l. 18. eod. tit. §. c. Si quis vitiosum bouem, vel canem, vel aliud animal contra se irritatum concitauerit, quicquid passus fuerit culpa eius, qui hoc pertulerit, oportet adscribi. Videtur prope modum 21 similis species apud Paulum Iurifcont. in l. 2. §. fin. si quad. paup. fec. dic.

DE PLVRIBVS ALIIS PRIVA- TIS DELICTIS, LIB. XXXIX.

De quibusdam extraordinariis delictis. CAP. I.

- 1 Delicta quadam cur variant in pœna.
- 2 Alienarum nuptiarum sollicitudo puniti.
- 3 Religionis pretextu ad impietatem utentes puniuntur.
- 4 Sacra mysteria in prinata domo agere vetitum. & ad coniuratio- nem pertinens.
- 5 Collegia illicita prohibita, & que licita.
- 6 Scopelofonus quale crimen, & pœna.
- 7 Circulatorum impostorum mercium, & reliquias sanctorum supponentium pœna. Et num. 8. 9.
- 10 Inuentio perniciofa excogitata, sine remedio, pœnam habuit ca-

- pitalem. Et 13.
- 11 Inuidia in prestantes. Et 12.
- 14 Coronis vti publice, nisi viris prestantissimis quibus erat conce- sum, punitum.
- 15 Vinum prohibitum mulieribus bibere, item & iuuenibus vsque ad quod tempus, & vbi viris sine medico consilio, & sacerdoti- bus ministratur.
- 16 Ingratitudo nisi & voti accusatio & iudicium, & de Thuriorm. more in legibus abrogandis. Et 17. 18.
- 19 Scribenda non esse que sunt dubia notis, sed literis consequen- tibus.
- 20 Sacra consueta intermittere, capitale habitum.
- 21 Picem ram orbis habuisse, capitale fuit: & ob alia. num. 21. Et 23.

